

1687.

1. ^{19. 21} Burger, Christian Gottfried: De urpheda vulgo
geschorene Urphede. 2 Bunde. 1687: 1722.

2. Eecholdus, Hermann Samuel: De jure majestatico Im-
peratoris Romani. Germanica in regno Germanico.

3. Franckenstein, Anton Gotthardus: De his, qui neutras
in bello partes sequuntur.

4. Franckhoff, Joh. Christophorus: De divina majestatis
origine.

5. Gleitsmann, Gotthardus: De fide servanda.

6. Goetze, Georgius Henricus: De archidiaconis vete-
ris ecclesiae.

7. Humoldt, Matthias: An juramenta per facta
per vera sint juramenta?

8. Hhigius, Gotthardus Nicolaus: De suppressione
rerum ad inventarium heredis pertinentium.

9. Hhigius, Gotthardus Nicolaus: De confesso non
convicto.

1687.

10. Menckemus, Ludovicus: Punctarum controversiarum potiores practicae et compendiosa digestorum Interbackianae collectae . . .
- 11^a et Menckemus, Ludovicus: De jurjurando civium . . . 2 Suppl. 1687: 1730
12. Meubius, Johannes: Problema de hominibus stigmatibus quorundam insignis
13. Mylius, Andreas: De fideicommissis sub clausula: quicquid super fuerit, relicto
14. Mylius, Andreas: De intercessione feminarum
- 15^a et Mylius, Andreas: De muliere domina. 2 Suppl. 1687: 1718
- 16^a et Mylius, Andreas: De examine velito ad l. 5 p. de jurisd. omn. jud. 2 Suppl.
17. Rechenberg, Adam: Interesse civitatis.
18. Rechenberg, Adam: De ficta Hebraeorum ante R. Saalem monarchia civitatis.

1687.

19^{to} Roesner, Ruden Christianus : De reservatione
juris competentis. 2. Junft. 1687 - 1741

aus

abe

la :


1687

5

p. 12

R.





185.
XXIV.
1683/1 a
1/1
EXCELSO CHRISTO GVBERNATORE

&

*Illustris Jctorum Ordinis
indultu,*

URPHEDAM

vulgò

Beschworne Urphede/

PRÆSIDE

DN.

CHRISTIAN-Gottfried Bergern/
Mersb. J. Utr. D.

*Publico Eruditorum Examine
subjicit*

AUTOR-RESPONDENS

ERNESTUS CHRISTOPHORUS Wigleb/

Jebusæo-Thuringus,

D. XIV. Aprilis A. O. R. M. DC. LXXVII.

In Auditorio Jctorum Petrino.

LIPSIÆ,

TYPIS CHRISTIANI GÖZL.

EXERCISES IN THE
ART OF WRITING
URPHEDAM
BY
CHRISTIAN
MACKLUND
PUBLISHED BY
J. G. NEUBAUER
TRUNKENBACH'S
B. 1773. A. D. M. C. LXXIII.

J. G. NEUBAUER





PRÆLOQUIUM.



Totiescung, mecum reputo vetus & verum illud πολυ-
 θρόλοντον: Ars longa, vita brevis; toties mihi ar-
 ridet eorum sententia, qui scitè ac peritissimè Juris
 Studiosis unà cum theoria & LL. acroasi ipsissimam
 Praxin conjungendam persuadent, iisq; quotidiana
 negotia præ illis subtilitatibus, quæ nudis saltem con-
 stant speculationibus, præprimis experiunda inculcant; probè perspici-
 entes, Theoriam sine Praxi, quæ optima LL. intellectrix dicitur, atque
 Scientia Digestiva, planè sterilem esse, imò campanam sine pistillo. Ideo-
 que & ego Imp. Justinianum in §. 6. J. de Satisd. it. l. i. pr. de Susp. tutor.
 l. 15. §. 26. ff. de injur. &c. his optimè adstipulantem secutus, thema cujus-
 dam Disputationis Juridicæ deprehendi, maximè respiciens forum Pra-
 xeos, & quamvis ejus mentio in LL. voluminibus vix ac ne vix quidem
 occurrat, tamen non solum in judiciis est frequens; sed etiam tam a-
 gentibus, quàm pro tribunali sedentibus fructuosissimum ac necessarium,
 adeò ut eò nulla Respubl. nulla Societas, si modò salva atque secura esse
 velit, [quod tamen omnes in votis habent] carere possit. Est autem
 illud de Urpheda, materiâ sanè seipsam ostentante, quam in præsentis pro
 juvenilis ingenii viribus pertractandam, & paulò uberius excutiendam
 mihi proposui. Methodum autem servaturus Disputationibus satis
 aptam ac convenientem; nempe, excussâ in Cap. I. Urphedæ Onoma-
 tologiâ tradam II. ejus Pragmatologiam, quam III. Causæ, Efficiens
 nim. & Finis, IV. Materia, V. Forma cum Effectu, & tandem Ad-
 juncta, Affinia atque Contraria excipient. Quemadmodum verò à
 nobis omne jusjurandum per Nomen Solius Veri DEI semper præstan-
 dum, ita quoque mihi monente Religiosiss. Justin. in l. 2. C. de off. Præf.
 Præt. in Eiusdem DEI Nomine ad hunc laborem accedendum, at-
 que ita porrò progrediendum esse, existimo. Faxit, ut
 fiat FELICITER!

A 2

CAPUT

CAPUT PRIMUM
DE
DEFINITIONE URPHEDÆ
NOMINALI.

THESIS I.

Urpheda est Vocabulum Saxo-Germanicum.

§. I.

CUM nihil magis ad Rerum faciat intelligentiam, quam Nominum præprimis obscurorum explorata significatio, & methodica cujusvis rei tractandæ ratio sit, auspiciari, atque inquirere, unde res ipsa, de qua agitur, descendat; Nihil igitur metuens de *Urpheda* acturus, more non tantum Philosophis, sed etiam Jctis familiari *pr. d. Libertin. §. 2. d. tut. pr. d. test. ordin. pr. quib. m. re contrab. Obl. pr. d. injur. §. 2. d. Obl. quæ ex delict. nasc. l. 1. pr. d. J. & J. l. 1. §. 1. d. Pact. l. 1. 2. §. 2. d. reb. cred. l. 2. d. spons. l. 1. §. 1. d. tut. l. 1. §. 1. d. susp. tutor. l. 1. pr. d. A. vel A. possess. §. l. 1. pr. d. injur.* Onomatologiam, tanquam rem Jctis investigare curiosissimam. Gell. *N. A. l. 13. c. 10. Quintil. Inst. O-rat. lib. 5. c. 14.* & ad ipsius subjecti cognitionem felicissimè provehentem. Scalig. *Ex. I. Sect. 1.* primò omnium enucleandam assumam.

§. 2. *Urphedam* verò vocabulum esse *Germanicum*, suamque debere originem præprimis moribus Saxonum, qui speciem hanc promissionis & cautionis vulgò dicebant *eine Urphed* vel *Ursried*/ex ipso verbo, ejusque pronunciatione, cuique facilè patet.

§. 3. Ac ratione *Etymologiæ* non simplex, sed compositum est, licet pro simplici accipiatur; non enim est novum in jure nostro, ut composita sumantur pro simplicibus. *arg. l. 94. d. V. S.* ibique Goed. *n. 3.* & descendit quidem ex vetustissima voce Germ. *Ur/* & nomine substantivo *Phede* vel *Friede*.

§. 4. Particula adjectitia *Ur/* nonnullis videtur supervacua, nonnullis verò est augmentativa, quæ alias per se, absolutè ac separatim posita, nihil significat, sed à veteribus in compositionibus aliarum vocū tantum excogitata; adducunturq; e.g. tam *substantiva: Ursach/*
Ur/

Urlaub/ Urkund/ Urheber/ Urankunft/ Uranherr/ Urenckel und Ur-
Kind, quod ultimum legitur in dem Helden-Buche part. 2.

Ein Zwerglein auff dem Meere
Das rufft den Fürsten an/
Wolff Dietrich liber Herre/
Kebr gegen mir herdan/
Ergreifen dich die Winde
Du must geliegen todt/
Da halff ihn das Urkinde (i.e. kleines oder gar ein Kind)
Aus Jammer und aus Noth.

quam *adjectiva*: Urbindig/ Urplöglich/ Uralt/ h. e. gar oder sehr viel/
gar oder sehr alt/ & similia. add. Schottel. in der teutschen Sprach-
Kunst. L. 2. c. 6. §. 2. p. m. 242. seqq. Besold. in thes. pract. verb. Ur. Sed
mihi cum *Peiskero* rectius videtur concisè pro *Uber*/ ut *Urfried*/ sit
pax suprema & juramento corroborata, qvo modo etiam usurpatur
hæc partic. in voc. *Urgicht*/ quasi confessio suprema & tormentis extor-
ta, ad differentiam confessionis spontaneæ, quæ dicitur *Beichte*/ coram
parcho, vel in causis Civ. *Bekändnis*. *Uber* autem Saxones pronun-
ciant *Over*, quod facilius in *Ur* degenerare potuit. Hinc m. *Urtheil* di-
citur quod is, qui judicat, superior illò sit, qui judicatur. *Peisker* in *In-*
dic. de vernacula & rer. germ. signif. voc. Urgicht.

§. 5. Vocabulum *Phed* (vel *Fehde*/ *Fehd*/ seu *Feide*) est
vox antiqva germanica & derivatur vel à vocula *Fede*, quæ olim Lon-
gobardis & hodiè Italis significat *fidem*. Rittersh. in *Lucubr. Feud. c.*
3. §. 1. à qua etiam dictum invenitur *Feudum*, *2. Feud. 3. in f.* quod Galli
quoque Fief, à fide, tanquam à sua causa formali dicunt, ut *feudum*
sit quasi *fedum* sc. *Prædium*, quod nim. non ita liberum, proprium &
mere patrimoniale sit, ut *Allodiale*, sed *fedum* sive *feudum*, h. e. fidei &
fidelitatis vinculo innexum: Quemadmodum ex adverso liberum præ-
dium, aut patrimonium dicitur *allodium*, quasi *all* (i. e. omninò) *lodig*
& liberum. Tabor. in *tr. feud. ad lib. 1. t. 1. §. 3.* & *Vasallus fidelis. 1. f. 1.*
§. 1. f. 14. §. 3. 2. f. 14. Dn. Struv. *Synt. f. feud. c. 1. aph. 1. n. 3.* secundum
formulam comm. *Unsern lieben Getreuen*/ quod in fide seu fidelitate,
tanquam forma essentiali *feudum* consistat. *2. feud. 3. §. 1. in fin.* ibique
Bitsch.

§. 6. Vel dicitur à *Feida* sive *Faida*, quæ denotat hostilitatem,

inimicitiam & similitatem, nec non bellum, ac privatam vindictam.
 Ferrar. Montan. *ad l. feud. 1.* P. Gregor. *Syntagm. Jur. L. 6. c. 2. n. 2.*
 Speidel. *in not. ad Besold. thes. pract. verb. Fehd in fin.* Unde *diffidare*,
 quod est, bellum indicere, pro hoste se haberi velle, quod Galli dicunt
diffier, fidem renuntiare, absagen / quibus respondet Germanorum
 Fehd / quod etiam usurpatur in *Cant. Angel. Selnecker. Allein Gott*
in der Höhe sey Ehr. verb. all Fehd hat nun ein Ende. Unde Fehde/
 Fehde-Briefe / Fehden / Fehde-Wörter / befehden / & alia promanant.
 add. *Const. Elect. Sax. 13. 14. 15. & 16. part. 4.* vid. Reusn. *Diss. feud. 1. §*
35. ex ea ratione, quod occasione bellorum, hostilitatum imò omnium
 inimiciarum & privatæ vindictæ Urpheda sit orta ac introducta, ut
 igitur hoc sensu dici possit *Urpheda*, quasi eine grosse Feindschafft / oder
 Streit / & *Urpheds* Verschreibung / scriptura, ubi aliquis se non vindi-
 caturum promittit, quod ipsi loco magnæ injuriæ illatum est. Hinc
 etiam in *LL. Salicis* feudus vel feidus, pro eo, qui feidam exercet, si-
 ve pro bellicoso & contentioso usurpatur, der kriegerisch und zantisch
 ist. Alia loca annotavit Lindenberg *in Capit. Carol. M. in indice sub hoc*
verb. p. 553. §. 2. add. Tabor *all. loc. Ord. des Landfriedes zu Wormbs*
d. anno 1521. Erklärung des Land-Friedens zu Augspurg d. anno 1548.
tit. Aufhebung aller Fehden. W. H. Ordn. art. 129. Dn. Struv. Synt.
J. feud. c. 2. n. 5.

§. 7. Vel à voce Fried / quod verbum significat pacem, ut ita
Urpheda germ. Urfried in hoc significatu intelligatur, quasi Überfried /
 oder allenthalben Friede gnug. i. e. pax securissima & tranquillissima,
 prout loquitur Glossa *ad Land R. l. 1. art. 8.* ubi dicit: daß Urfried so
 viel sey gesaget / als überfried. add. Tabor. *in Tr. d. tortur. ad. art. 20.*
Const. Crim. Carl. V. §. 14. p. m. 117.

THESIS II.

Urpheda aliquo modo est vox *equivoca*.

§. 1. Cum *Homonymia* etiam inter JCtos sit certissima erro-
 rum genetrix. *arg. l. 4. d. publ. judic. §. l. un. C. quand. Civ. act. Crim.*
prejud. secundum illud:

Errorum genetrix est equivocatio semper.

Conveniens nunc & propè necessarium videtur ante omnia juxta me-
 thodi rationem indagare quoque, quot & quibus modis vocab. *Ur-*
pheda

pheda accipiatur, quo rei hujus intellectus evidentior paulisper reddatur, præsertim verò ne vocis hujus æquivocatione aliquis decipiatur, sed ut in ipso statim limine cognoscat, quâ de re dicatur. Ehem. d. princ. Jur. L. 1. c. 2. Gebhard, d. princ. Jurispr. Concl. 1.

§. 2. Et usurpatur quidem alias à nonnullis vocab. *Urpbeda* etiam in genere & materialiter pro omni cautione de non offendendo, ac non ulciscendo inimicum. arg. l. 6. §. 2. l. 11. C. d. Off. Rect. prov. Clar. §. fin. q. 47. Herculan. in tr. d. Caut. de non offend. c. 3. n. 13. Ord. Crim. Car. V. art. 176. §. 195. ibique Remus & Stephan. Loccen. in Explic. voc. Feudal. verb. Urfried. Schurff. Cent. 1. consil. 41. Dn. Struv. Synt. J. F. c. 2. n. 5.

§. 3. A nobis tamen in præsentiarum accipitur tantum in specie & formaliter in sensu famosiori, quo plerumque & frequentissime in jure & moribus hodiernis in Imperio Romano-Germanico & præsertim ditionibus Saxon. significat illud genus Cautionis juratoriaræ, quam præstant capti & incarcerati de non molestando incarcerantes, aut vindicando incarcerationes, et si condemnati fuerint, v. g. ad fustigationem, relegationem, parendo etiam latæ sententiæ. Viv. Decis. 505. Land N. l. 1. art. 8. ibique Gloss. Ordin. Crim. Car. V. art. 20. 108. 157. inf. & alibi passim. Stephan. ad d. art. 20. n. 5. Const. Elect. Sax. p. 4. Const. 47. & 48. Carpzov. p. 2. C. 36. Def. 3. & 5. & Prax. Crim. p. 1. qv. 47. n. 23. Gail. l. 1. O. 22. n. 1. Schurff. Cent. 3. Consil. 87. Zanger. d. Tortur. c. 5. n. 2.

§. 4. Vel brevius, sumitur *Urpbeda* h. l. pro religiosa promissione per obtestationem factâ ab incarcerato, jussu judicis de non ulciscendo erga quempiam carceris squalorem, & parendo sententiæ das ist / wenn einer gefänglich eingelegt / und auffgehalten / hernach aber entweder bloß / oder mit einer gewissen Straffe / als Verbieth und Verweisung des Orts / ausgelassen wird / muß er auf Geheiß der Obrigkeit einen Eyd schweren / daß er die beschehene incarceration gegen niemand rächen und anthen / auch die zuerkante Straffe ausstehen wolle. Dieses heist hier ein Urfhed leisten / und auff ein alt oder gewöhnliche Urfhed einen der Gefängniß erlassen. Zepper. in Disc. Jurid. Tit. 4. n. 6.

THE S I S III.



Vocabulum *Urphede varia habet Synonyma.*

§. 1. Quoniam ex mente Jcti Caji in *l. 1. pr. d. Orig. Jur.* id demum perfectum esse dicitur, quod ex omnibus suis partibus constat, & Synonymia etiam tanquam pars ad definitionem pertinet nominalem, ideoque non malè æquivocationis explicationem seu Homonymiam excipit *Urphede Synonymia*, quæ est varia: Alia *Germanica*, alia *Latina*.

§. 2. *Germanicè* vocatur vel simpliciter eine *Urphed* / vel cum adjecto, uti vulgo eine *geschwohrne Urphed* / quod fiat jurato & mediante juramento. *P. 4. Const. Elect. Sax. 48. Ord. Crim. art. 157. in fin.* quod reus religiosè affirmet, se nullo unquam tempore ulturum hanc coercionem, quam sustinuit, vel adhuc sustinere debet. *Steph. ad Ord. Crim. d. l. ein Urfried. Zanger d. Tort. c. 5. n. 2. quasi Uberfried. Glosa ad Land R. l. 1. art. 8. item generaliter, eine Versorgung der Personen/von denen man aus erzeugten Ursachen Ubel und Missethat warten muß. Ord. Crim. art. 176 Urfeid. Dn. Struv. S. 7. F. C. 2. n. 5. das Land=Verschweren. Wes. in C. d. satisd. n. 6 in f. & denique ein Aus= söhnungs= Brief/der keine Rache zuläßt/ quasi die Rache ist aus.*

§. 3. Apud *Latinos* variis indigitatur Nominibus, dicitur enim vel absolutè *Et in genere Cautio*. *Ord. Crim. art. 176. vel cum apposito, Cautio jurata & juratoria. d. Ord. art. 108. Cautio jurata de non ulciscendo, sc. carceris injuriam. Steph. ad d. Ord. d. l. Cautio de non offendendo adversarium, sc. quæ præstatur à persona personæ. Hahn. ad Wes. qui satisd. cog. n. 2. Cautio securitatis. Speidel. in not. ad Besold. Thes. Pr. verb. Ehd in fin. Juramentum vel simpliciter, (quæ vox bis tantum in ff. occurrit, sc. in *l. 34. §. 5. d. jurejur. & l. 25. §. 3. d. probat. Coll. Jurid. Arg. de jurejur. th. 2*) vel *juramentum Securitatis* *Steph. ad d. Ord. art. 20. n. 5. Zang. d. tort. c. 5. n. 2. Juramentum de non vindicando. Berlich. p. 2. concl. 44. n. 1. Juramentum de non vindicando carcere. Zang. d. l. Juramentum Exultionis, quia eo promittit reus, se nolle ulcisci. Steph. d. l. art. 108. Berlich. P. 4. concl. 72. n. 19. Literæ Securitatis. Gilhaus. Arbor. jud. civ. p. 1. c. 1. §. 3. n. 45. Literæ Exultionis. Hahn ad Wes. quod met. causa, n. 2. Elogium vel simpliciter, quia cum aliqua facti informatione sive annotatione rerum malè gestarum fit.**

189

fit. Steph. *ad d. Ord. Crim. art. 7.* (quemadmodum hodiè jure novissimo secundum *Nov. 115. c. 3.* exhereditatio debet fieri ex certis causis & cum *Elogio*, h. e. expressione causæ, quam hæres deinde probare tenetur. Hahn. *ad Wesf. d. inoff. testam. n. 7.*) vel cum addito, *Elogium Captivi*, *Elogium* de non vindicando carcere, *Obligatio jurata* de non vindicando carcere. Eckolt. *ad ff. d. qvæst. §. 14. Abjurata Ullio.* Steph. *d. l. art. 20. n. 5. Turbarum Emplastrum*, (uti non malè Labenus jusjurandum dixit *Emplastrum aris alieni* Gell. *N. A. l. 10. c. 7.*) ac *publica quietis Vinculum*, Remus *in pamphr. Ord. Crim. art. 157. in fin.* Denique *Pax jurata*. Berlich. *d. p. 4. concl. 72. n. 20.* & *Pax Securissima* in *Glossa ad S. Land R. Lib. 1. art. 8.*

CAPUT SECUNDUM

DE DEFINITIONE URPHEDÆ REALI, ET DIVISIONE.

THESIS I.

Urpheda est Cautio juratoria, quam jussu Judicis sive Magistratus præstare tenentur Rei incarcerati, ex carceribus relaxati & dimissi, se planè non ulturos & vindicatuos quicquid ibi passi; & si condemnati sint, sententiæ quoque parituros, utilitatis publicæ causa introducta. Steph. *ad Ordin. Crim. art. 20. n. 5. VVesf. in parat. C. d. Satisfat. n. 6. in fin.* Carpz. *in Pr. Crim. p. 3. qv. 127. n. 46.* Vel Germanico idiomate: Eine Urphed ist eine endliche Versicherung / welche fast alle Gefangene / wider die inquiriret wird / thun müssen / daß sie die erlittene Gefängniß / Tortur / und Straffe / weder an der Obrigkeit / noch sonst iemanden nicht rächen / und die zuerkante

3

erkante



ante Straffe gutwillig ausstehen wollen.
P. H. S. art. 127. & 161. Volckm. in art. not.
p. 2. tit. 1. c. 13. n. 8.

§. I.

Visa & explicata, quantum ad rem presentem necessarium erat, Urphedæ onomatologiâ seu definitione Nominali, lex methodi pariter ac ordinis ratio nos etiam vocat ad ejus *pragmatologiam*, cujus partem principaliorem jure meritoque sibi vindicat *definitio*, tanquam amussis ac omnis tractationis legitimæ fundamentum, & caput. Cic. *l. 1. off.* Everhard. *in loc. top. loco à definitione in fin.* Hinc etiam pro face totius tractatus reputatur. Dan. Otto *d. jur. publ. c. 1.*

§. 2. Definitio igitur supra latinè proposita constat suo *genere & differentia specifica.*

§. 3. Genus est *Cautio juratoria*, vocab. autem Cautiois vel ἀσφαλείας aliàs quidem in *genere* & latè denotat quamvis satisfactionem, per quam adversarius redditur securus, sive nudâ fiat promissione, sive chirographo, sive fiat pignoribus, sive fidejussoribus, sive juramento. *arg. l. 25. d. R. 7. l. 21. §. f. de const. pecun. l. 49. in f. d. solut. l. 1. §. 9. d. collat. bon. & §. 14. de obl. quæ ex delict. nasc.* Frantzk. *in Comm. ad ff. qui satisd. cog. n. 3.* Hahn *ad Wes. parat. ff. d. t. n. 2.* Hoc loco tamen sumitur in *specie ac strictè* pro cautione non simplici, quæ fit nuda promissione *l. 61. d. V. S.* quæ aliàs in Jure voce Cautiois simpliciter, absoluteque positâ intelligitur. *l. 3. C. d. V. S. l. 25. §. 1. C. d. Episc. & Cler. Dn. Struv. Ex 7. C. 5. d. 21. Lauterb. in Comp. Jur. qui satisd. cog.* Hahn *ad Wes. d. l. sed jurata seu juratoria*, quæ fit per jusjurandum. *l. fin. qui satisd. cog.* uti ex adjecta voce *juratoria* constat.

§. 4. *Differentia specifica* habetur in subsequentibus verbis, & desumitur, vel à *causa efficiente propinqua*, vel à *subjecto*, vel ab *objecto*, vel à *sine*, vel denique ab *Effectu*, de quibus omnibus in subsequentibus capitibus. Notetur autem hîc circa verba: *jussu Judicis seu Magistratus*, quod Urpheda *fit Cautio jurata necessaria*, quia imponitur à Judice vel Magistratu. *arg. l. 7. & 8. qui satisd. cog. & l. 10. rem rat. hab.*

THESIS II.

THESIS II.

Urpheda est 1.) vel Antiqua vel Nova.

§. 1. Definitioni rectè succedit Divisio, quæ est uno gradu inferior, quia id ipsum, quod universum definitio complectitur, in partes suas scindit.

§. 2. Dividitur autem Urpheda propter nonnullas circumstantias à variis variè, & quidem, quod vel Antiqua vel Nova, prout interdum sententiis addi solebat: auf eine gewöhnliche alte Urphede.

§. 3. Est verò Urpheda Antiqua, in qua non ponitur clausula, daß sich der Gefangene mit Recht nicht rächen wolle.

§. 4. Nova contra, ubi hæc clausula ponitur, mit oder ohne Recht/propter quam clausulam Urpheda nova revocata fuit ad antiquam seu veterem. Rutger. Ruland. Decis. Jur. Controv. qv. 52. Befold. in Thes. pract. verb. Urphed.

§. 5. Sed quæritur, quænam hæc clausula, cum vel sine jure, das ist / mit oder ohne Recht/habeat Effectum? Petrus Denaysius, in Comp. Jur. Cam. tit. 182. n. 15. hoc modo distingvit: quod verba, mit Recht ad processum ordinarium referantur; ohne Recht/autem, mandato sine clausula inter personas principaliter Camerae jurisdictioni subjectas locum faciant, per R. J. d. anno 1600. §. gleichergestalt 35. Ruding. cent. 3, o. 63. Nos putamus, quod verba, mit Recht/ sint referenda ad viam juris & judicium; ohne Recht vero ad viam facti, sive ad privatam vindictam extra judicium, i. e. de non vindicando neque mit Recht/id est judicialiter, neque ohne Recht/id est extrajudicialiter. Hoc enim quia probè norunt Judices, majoris cautelæ gratia in nonnullis locis Urphedæ inserere solent verba: de non vindicando carcere neque judicialiter, neque extrajudicialiter, man wolle weder in-mit oder aufferhalb Rechtens die erlittene Gefängnis abhuten/rächen und ausüben. vel de non movendo quæstionem de jure vel facto, occasione capturæ, incarcerationis, ac detentionis, Brenninger V. 1. consil. 8. pr. Sed hodiè moribus nostris plerumque omittitur: quia semper excepta intelligitur via juris. Hinc clausulâ vel renunciatione illa non obstante, nihilominus Reo concessum est, iniquitatem incarcerationis, torturæ legitimo modo & præcedente absolute vindicare. S. chard.



chard. *Confil. Crim. 9. de quo infr. Cap. V. th. 2. §. 4. & 5. pluribus agetur.*

THESIS III.

Urpheda 2.) est vel immediata, vel mediata.

§. 1. *Urpheda immediata est, quæ præstatur immediatè ab ipso reo incarcerato in propriâ personâ. arg. pr. & t. t. f. per quas person. cuique acquir. pr. 1. & t. t. f. per quas pers. nob. obl. acquir. l. 10. pr. d. A. R. D.*

§. 2. *Urpheda mediata est, quæ præstatur mediatè ab alio, e.g. licitore, carnifice in animam sc. incarcerati & relaxati, si nim. ipse Urphedam præstare nolit. arg. d. d. tex. Carpz. in Pr. Crim. p. 3. qv. 130. n. 38. 40. & 41.*

THESIS IV.

Urpheda est 3.) vel in specie ita dicta & simplex, vel qualificata.

§. 1. *Urpheda simplex sive absoluta & in specie ita dicta est, quæ præstatur simpliciter & tantum absolutè de non ulciscendo, vel vindicando eo, quod reus in carceratus in carcere vel tortura jure aut injuriâ passus est, atque sustinuit, nulla accedente poenâ, vel coercitione.*

§. 2. *Urpheda verò qualificata (quæ est vel juramentum de non revertendo vel in perpetuum, vel ad certum tempus, vel de sustinendo poenam promeritam, quod utrumque cum priori pro necessitate in eadem formula cumulatur, & reo simul injungitur) dicitur, quæ non solum præstatur de non ulciscendo & non vindicando carcere vel tortura, quam sustinuit; sed etiam parendo sententiæ, & cui præstitæ accedit quoque ex post facto aliqua poena vel relegationis, vel fustigationis, vel amputationis manus, digitorum, vel banni, vel aliæ poenæ, quæ non vitam adimunt. arg. Const. Elect. 47. & 48. P. 4. Ord. Crim. Carl. V. art. 107. & 108. it. 157. in f. vers. und zu dem allen. Carpz. in Pr. Crim. p. 3. qv. 129. n. 41. Berlich. p. 4. concl. 72. n. 17. Et in hac Urpheda fustigandus & relegandus simul jurato promittere debet, se planè vel intra præfinitum tempus nolle reverti. Daßer in Ewig*

191.
Ewigkeit/ oder binnen der bestimmten Zeit nicht wolle wieder kommen/ und sich nimmermehr rächen.

THESIS V.

Urpheda denique 5) est vel jurata, vel fidejussoria, vel pignoratitia.

§. 1. *Urpheda jurata* & *ἡ ἐξ ὀρκῶν* ita dicta, est, quæ præstatur per juramentum solenne & corporale, de qua hic ex professo agitur. Uti patet ex definitione supra *th. i. hoc cap.* proposita.

§. 2. *Fidejussoria* est, quæ præstatur per fidejussores legitimos ac idoneos.

§. 3. *Pignoratitia* est, quæ præstatur per pignora; & quidem his duobus casibus ex justis & legitimis causis, propter metum perjurii in nonnullis personis, quæ non ita facillè admittuntur ad præstandam juratam Urphedam, ut ut velint, quia nullibi prohibitum est, sufficienti & superflua cautione periculum imminens avertere. *arg. l. 17. Cod. de testam. Zepp. d. l. n. 20. 21. 22. & 40.*

CAPUT III.

DE

CAUSA EFFICIENTE AC FINALI.

THESIS I.

Causa Efficiens Urpheda est vel Remota, vel Propinqua.

§. I.

Nunc secundum Aristotelem perlustranda veniunt IV. genera Causarum; quarum duæ sunt externæ, Efficiens nim. & Finis, & duæ internæ Materia & forma. De quibus nunc & in sequentibus agendum erit.

§. 2. *Causa Efficiens Urphedæ remota* est partim *Jus Saxonicum*, (cujus etiam fit mentio in Corpore Juris Canonici, scil. *cap. I. X. de Sponsal.* & vocatur ibi *Lex Saxonum*) das *Sachsen* oder *Sächsische Recht* / tum antiquum & commune, tum novum & speciale seu *Electoral*; partim *Jus Imperii Romano-Germanici hodierni*, des *Reichs*

B 3

Rechte/

Rechte / Abschiede und Ordnungen. In quibus omnibus simul est comprobata & recepta Urpheda. Zepper. *d. Discurs. jurid. tit. 4. n. 7.*

§. 3. Per Jus Saxon. *antiquum & commune* intelligimus *Jus Sax. Provinciale*, germ. das *Sächsische Land-Recht* / quod Eckardus à Rebkau prius latino sermone collegit, deinde rogatu Hogeri, Comitis à Falckenstein / tunc temporis Tetrarchæ in Saxonia, rursus in germanicum transtulit, privataq; autoritate tribus libris comprehensum edidit sub nomine ac titulo: *Land-Recht / oder Sachsen-Spiegel. vid. Specul. Saxon. in præf. Schultz. in Synops. 7. in prolegom. de orig. Jur. Saxon.* & in hoc jure Provinciali introducta fundatur *Urpheda* & quidem in *lib. I. art. 8.* ibique *Glossa.*

§. 4. Per Jus Saxon. *Novum & speciale* s. *Electoriale* significamus *Constitutiones Electorales Sax.* quæ jussu Divi Augusti Electoris Saxon. ad instantiam Statuum Provincialium primitus quidem germ. Dresdæ d. 21. April. A. 1572. promulgatæ & publicatæ fuere, post deinde omnes ex germanica in latin. lingvam sunt translatae per exactissimi judicii Virum Dn. Jac. Schultz. J. Ct. celeberr. v. Dn. Præses in *Disput. de Pæn. Tratto di corda cap. 2. §. 3.* in quibus, uti dictum, *Urpheda* quoque recepta & approbata est, v. *P. IV. Constit. 47. & 48. add. Constitut. 14. 15. & 16. Part. IV.*

§. 5. Per Jus Imperii Romano - Germ. hodierni indigitamus partem istius Juris, videl. *Constit. & Ordin. Crim. Caroli V. die Weinsliche Halsgerichts-Ordnung* / quæ in Comitibus Imperii A. O. R. 1530. & 1532. tum Augustæ, tum Ratisbonæ conclusa, & à maximo illo Romanorum Imperat. Carolo hujus nominis V. triumphalis memoriæ, Monarcha promulgata fuit, quæ LL. & Constitutiones publicorum Judiciorum, quæ hodiè in Imperio Romano-German. in usu sunt, potissimum comprehenduntur, & in judiciis pro normâ & cynosura habentur, in qua etiam *Urpheda* cum aliis est confirmata atque aucta. *P. S. D. Art. 20. 107. 129. 157. 176.* & alibi passim.

§. 6. *Causa Efficiens Urphedæ propinqua* est quilibet *Magistratus* s. *judex*, ad cujus autoritatem, instantiam & requisitionem præstatur, hic etenim necessitatis atque utilitatis publicæ causa *Urphedam* exigit, atque præstandam imponit. *arg. l. 1. de jurejur.*

§. 7. Dicitur autem *Magistratus quilibet*, quia intelligitur h. l. non solum *Magistratus superior*, qui habet merum imperium, sive jurisdictio-

ctio-

tionem Criminalem, superiorem & altam, die Ober = Hofs = oder
 Peinliche Gerichte; Verum etiam inferior, qui habet imperium mixtū,
 seu jurisdictionem Civilem, inferiorem & bassam, die Erb = Nieder =
 und Unter = Gerichte. Gilhauf. *arbor judic. Civil. p. 1. c. 1. §. 3. n. 45.* Imò o-
 mnes etiam illi, quibus sola tantum incarceration & castigatio compe-
 tit, Urphedam exigere ab incarceratis valent. *arg. l. 12. de jurisd. add.*
Carpzov. in Pr. Crim. p. 3. qv. 109. n. 62. & Berlich. p. 2. Concl. 44. n. 1. ita
 tamen ut adhibeant Collegium Jctorum horumque consilium.

§. 8. E contrario verò, qui tali jurisdictione destituuntur, vel
 planè nullam habent, hanc cautionem s. Urphedam postulare nullo
 modo queunt. Hinc *queritur*: An Schulteti & paganici Scabini, qui
 in nonnullis locis habentur, die Schulzen / Land = und Gerichts =
 Schöppen / it. Gerichts = Voigte / hanc Urphedam exigere possint. ?
 Et Resp. regulariter & propria autoritate non, quia hi planè nulla gau-
 dent jurisdictione, neque superiori, neque inferiori. *Carpzov. p. 3. c. 3.*
def. 21. Finckelth. Obs. 75. n. 6. Berlich. p. 1. Decis. 93. Richter p. 1.
dec. 30. n. 31. add. Zepp. d. l. n. 9. 10. 11. 12.

§. 9. Dixi verò, regulariter & propria autoritate. Siquidem a-
 liud dicendum videtur, si vel iis à judice, vel nobili, vel alio, cui juris-
 dictio vel superior vel inferior competit, potestas exigendi Urphedam
 sit concessa; quo casu horum jussu atque autoritate exigunt, tanquam
 eorum Executores atque ministri; vel ad talem Urphedam exigendam
 specialiter sint ablegati; vel locorum statuta & consuetudines sint in
 contrarium. *arg. eorum quæ habet Carpz. d. l. def. 20. Richter. d. l. n.*
32. & Decis. Elect. Sax. noviss. 45. ibique Philipp. obs. 2. n. 9. seqq.

THESIS II.

*Urpheda Causa Impulsiva est Corrupta Ho-
 minum Natura.*

§. 1. Brevissimis quoque hinc de Urphedæ *Causa impulsiva* agen-
 dum est, seu de eo, quod ad introducendam illam impulit atque svasit.

§. 2. Et hæc dubio procul fuit perversitas & *corrupta hominum
 Natura*, horumque perversa inclinatio ad privatam vindictam exer-
 cendam, non solum ejus, quod injuria, sed etiam, quod jure nonnun-
 quam passi sunt. Homines enim ultionis exactionem in virtutis
 parte ponentes, ut cum *Aristot. lib. 4. ad Nicom. cap. 2. & Cic. lib. 2. d.*
invent,



invent. loquar, studio privatae vindictae flagrant; ut itaque hujus naturae perversae peccatum, & vindicta privata aliquo modo coerceatur, naturaeque corruptae impetus rectae rationis freno restringatur, Dn. Calov. *advers. Grot. in Judic. c. 15. §. 3. v. 3.* opus erat, ut introduceretur haec cautio jurata, per quam securi redderentur tam Magistratus, quam alii homines. Hinc Chrysostr. *hom. 26. ad pop. Antioch.* Propter multam, inquit, incredulitatem non hominem volunt Sponsorem, sed Deum.

§. 3. Cum enim melius ac satius sit, teste Imp. Justiniano, malo & periculo in tempore occurrere, quam demum post vulneratam causam remedium quaerere, in *l. f. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est. l. 1. C. quand. lic. unic. sin. jud. se vind.* praestetque morbo occurrere, quam praesentem depellere. Terent. *in Eunuch. act. 4. sc. 6.* Ast verò non parum periculi Magistratui ex celerrima carceratorum relaxatione imminere possit, (quam plurimas siquidem expectabit molestias Magistratus, qui celeriter sine causa, & indifferenter solverit, vinctos & captivos, uti loquitur Jctus Venulejus *in l. 10. de custod. reorum*) ideo saluberrimè moribus introductum est, ut carcerati priusquam dimittantur, jurato caveant, & sanctè promittant, se non ultimos carceris molestias, & quicquid in eo perpessi sint, quae cautio & promissio, uti ex antecedentibus constat, dicta fuit Urpheda. Zepo *d. 1.*

§. 4. Et quemadmodum aliàs ex malis, corruptisque moribus bonae, imò nonnunquam optimae nascuntur leges, secundum Tacitum *lib. 15. Annal. cap. 20. n. 3.* Ubi eleganter inquit: Usu probatum est, LL. egregias apud bonos ex delictis aliorum gigni. & *Novell. Leonis, inclytæ recordationis, Imper. in proem. ibiq; Gothofr. in not. lit. d.* ita & Urphedam ortum suum accepisse ab initio non incommodè dici potest. *Balduin. in cas. consc. cap. 4. Borcholt. Tr. d. juram. c. 1. n. 9. & Tabor in not. ad Colleg. Jurid. Arg. sub Tit. ff. d. LL. §. 2.*

THESIS III.

Finis Urphedae est vel Generalis vel specialis.

§. 1. Haec sufficiant de causa Efficiente, atque Impulsiva, sequitur nunc quoque *Finis*, qui in qualibet re attendendus & considerandus. *Constit. Haec quae pr. d. nov. C. fac.*

§. 2.

§. 2. Est autem *Finis* Urphedæ *duplex*, vel *Generalis* vel *Specialis*.

§. 3. *Generalis* est tum *conservatio Pacis & securitatis publicæ*, propter quam principaliter est præstanda Urpheda. *P. S. D. art. 157. inf. verb. Umb Erhaltung gemeinen Friedens willen/ eine ewige Urphed thun.* Quo respectu Cautio hæc turbarum quoque Emplastrum & publicæ quietis vinculum appellatur à Remo *in pamphras. ad Constit. Crim. Car. V. art. 157. inf. v. supr. cap. I. th. 3. §. 3.* tum *promotio utilitatis privatae*, ne privati sentiant periculum & damnum, videlicet, ne cuiuspiam vindictæ cupiditate injusta vis fiat, sed ut omnium securitati consulatur.

§. 4. *Specialis* finis est vel *primarius* vel *secundarius*.

§. 5. *Primarius* & respectu Magistratus est securitas, quæ oritur ex præstita hac Urpheda, introducta etiam ad evitandum vindicationis metum & periculum, quod ex simplici incarceratorum relaxatione & dimissione aliàs oboriri poterat, cum neque animis, neque annulis hominum facile credendum sit, sed solum regulariter hæc Urpheda faciat firmam fidem; Prout quoque juramentum in genere quasi pignus quoddam & arrha fidei vocatur, quæ omnis justitiæ fundamentum est, nullaque res efficacior à majoribus est excogitata, quam jurisjurandi religio. *Cic. 3. off. de ejus obligationis vinculo in politiis & societatibus extat insignis locus in oratione Lycurgi contra Leocratem, qui dignus est memoriâ & diligenti observatione: Illud, inquit, cogitate, nervum totius publici status esse jusjurandum. add. Sctf. de juram. L. 1. c. 3. n. 8.*

§. 6. *Secundarius* est incarcerati commoditas, ut ipsi facilius fides habeatur, & deinde sine metu ex carcere relaxetur & dimittatur *arg. §. fin. J. quib. m. re contrab. Obl. l. pen. §. 1. d. pign. Wesenb. in Comment. Cod. L. 1. t. 24. n. 48.*

§. 7. Firmatur autem hæc Cautio sive Urpheda Juramento, quoniam aliàs parum interesset, planè non cavere, vel non legitimè & insufficienti modo cavere *l. 6. qui satisd. cog. & §. 2. J. d. Satisd. tut. vel Cur.* erit itaque ad durationem hujus cautionis necessaria firmatio & confirmatio. Sunt enim juramenta maximum remedium expediendarum litium *l. 1. & l. 40. d. jurej.* Ratio verò hujus assertionis est, quod juramentum conscientia frænum injiciat fortius quam nuda promissio, siquidem habet vim clausulæ, omni meliori modo. *Angel.*

C

Consil.

Consil. 94. n. 4. Castrens. in l. f. C. de non num. pec. n. 2. Hering. de fidejuss. c. 24. n. 108. Consensum expressum & specialem demonstrat, Bald. in l. 1. C. Mandat. n. 4. vim exprimit veritatis. Petrus Faber. in l. 207. de R. I. n. 10. Torturam spiritualement non observanti infligit. Wes. consil. 23. n. 35. indeque Gentiles saniores jusjurandum violare perinde aestimarunt, quam Joyem fallere, & Deorum injurias Diis curæ esse, scribit Cornel. Tacit. lib. 1. Annal.

§. 8. Et quoniam juramentum ad ipsam hujus cautionis substantiam propriè non pertinere videatur; quia ratione Principum fidem juramento æquipollere à nonnullis dicitur, & de jure Naturæ affirmatio simplex juratæ assertioni par esse reputatur: Tutius tamen est, solennem & religiosam interponere assertionem, quæ fortius ligat, sæpeque firmat obligationem, quæ alias per se nulla, metuque Numinis Divini, & vindictæ divinæ, quæ pejerantes subsequitur, multò plus, quam simplex promissio apud multos operatur. *arg. l. 8. pr. de condit. Inst. & solidius subsistere solet, quod est juramento conglutinatum, quam simpliciter dictum, ut alicubi Glossa loquitur.*

CAPUT IV. DE URPHEDÆ MATERIA.

THESIS I.

Materia est vel Subjectiva vel Objectiva.

§. 1.

Exposita in antecedenti cap. causa Urphedæ efficiente & finali, proximum jam est, ut etiam de *Materia* tam *Sub-*quam *Objectiva* videamus; & quia hominum seu personarum causa omne jus dicitur constitutum §. f. d. 7. N. G. & Civ. l. 2. d. stat. hom. ideoque de subiecto, tanquam digniori & potiori prius erit agendum *arg. l. 10. & 21. d. stat. hom.*

§. 2. *Subiectum* verò constituunt personæ, à quibus Urpheda exigenda, ac præstanda est, vel non.

§. 3. In genere autem tenentur *regulariter* Urphedam præstare omnes, à quibus vindicta & læsio aliqua metuitur, quique alias jurare possunt, & specialiter non prohibentur. *arg. l. 43. §. 1. d. Procur. & l. 26. d. jurej.* Cujuscunque etiam sint sexus, dignitatis, aut qualitatis,
aut

aut causæ incarcerationis, adeò ut nihil intersit, an sint Mares, an Fœminæ, Nobiles an Ignobiles, Clerici an Laici, l. 7. *Auth. sed judex C. d. Episc. & Cler. Nov. 123. c. 7. N. 137. c. 2. c. ult. X. d. Juram. calum.* Patresfamilias an Filiifam. Christiani an non Christiani. Subditi an peregrini seu Advenæ c. 2. dist. 8. c. 11. dist. 12. Pauperes an divites c. 1. dist. 8. Sontes an Infontes, modo ejus ætatis, rationis & judicii existant, ut sciant non solum quid agant, verum etiam juramentum & Urphedam intelligant.

§. 4. In specie igitur Urphedam præstare debent 1) *Minores*, i. e. omnes, qui sunt majores pubertate & 14. annorum. Ord. Crim. art. 164. Carpz. in Pr. Crim. P. 3. qv. 143. n. 26. seqq. Ratio est, tum quod minores veniam in delictis de jure in totum non mereantur. l. 9. §. 2. d. minor. tum etiam quod à juramenti præstatione non arceantur. *auth. Sacramenta puberum C. si advers. vendit.* 2) *Pupilli*, pubertati proximi arg. l. 26. d. jurej. cap. 1. X. d. delict. puer. cap. 28. X. de jurej. Ord. Crim. art. 164. in verb. mit sambt ewiger Urphede gestrafft werden. Carpz. lib. 2. R. 82. n. 1. L. 3. Resp. 62. n. 3. Cum non tantum sint doli. capaces, verum etiam furandi, & injuriæ faciendæ. l. 111. d. R. I. l. 5. §. 2. ad L. Aquil. & §. 18. d. obl. qvæ ex delict. nasc. præprimis, quando de malitia eorum delinqvendi constat, & sic ætatem suppleat. c. 3. & 9. X. d. Sponsal. l. 3. C. si min. se maj. dix. qvo casu juramenti vim & rem, de qua præstandū est, intelligere præsumuntur. Balduin. cas. consc. L. 2. c. 9. cas. 5. pp. Carpz. in Pr. Crim. p. 3. qv. 143. n. 43. seqq. Schulz in Synops. J. d. obl. qvæ ex del. nasc. lit. l. Setf. d. Juram. L. 1. c. 10. n. 6. 3) *Muti vel surdi tantum*, qui vel tardè loqvuntur, vel plane eloqvi nihil possunt, vel qui omninò non audiunt, vel qui tardè exaudiunt. arg. §. 3. J. qvib. non est perm. fac. test. modo sint literati, & legere, aut scribere sciant, qvo casu mediantebus literis reversalibus Urphedam hanc formaliter continentibus, præstare tenentur Cautionem hanc juratoriam. arg. l. 10. C. qui test. fac. poss. qvia etiam testificari possunt. Zang. d. Except. p. 2. c. 3. n. 21. deinde, qvia juramentum præstaturo Deo, cui mentes & corda jurantium sunt nota, licet non loqvantur. c. si quid invenisti. XIV. qv. 5. c. erubescant. XI. dist. 32. Si verò muti sint illiterati, & legere aut scribere nesciant, per carnificem in animam eorum jurari solet, quod ipsi interrogati nutu vel alio signo postea approbare debent. arg. l. 65. §. 3. ad S. Crum. Trebell. & l. 4. §. 1. d. pact. 4.) *Furiosi mente capti*, seu dementes, dilucida intervalla habent-



tes, modo evidenter appareat, furorem intermissum esse & sanitatem mentis rediisse, tempore intervalli Urphedam pro re nata præstare possunt *arg. §. 1. f. quib. non. est. permiff. fac. test.* Deus enim tanquam Creator creaturarum suarum atque Curator non permittit mentis inopes per omnia ex imprudentia frustrari. *Nov. Leon. 39. pr. add. Setf. d. l. c. 4. n. II. 12.*

5.) *Filii familias*, quia ex omnibus causis obligantur, ut patresfam, non solum in contractibus, sed etiam in delictis. *l. 39. d. Obl. & Act. l. 57. d. judic. l. f. §. 1. d. V. O. & l. 54. d. pecul. Setfer. d. l. c. 13. n. 1. & 6.* 6.) *Falliti Mercatores, debitores fisci, decoctores & de fuga suspecti*, aliique pro ratione circumstantiarum Urphedam præstare debent & ad hanc præstandam cogi possunt. *add. Zepp. d. l. n. 24.*

§. 5. E contrario non sunt admittendi ad præstationem Urphedæ 1.) *Infantes & infantie proximi. arg. §. 9. d. inutil. stip.* non solum quod hi nullum habeant iudicium. *c. parvuli. 22. qv. s. l. 1. vers. impuberes. C. d. fals. monet. l. 12. §. 2. d. judic.* quod tamen requiritur in iuramento *c. 26. X. d. jurej.* verum etiam quod non possint velle *l. 189. d. R. J. & discernere. l. 8. & 9. d. acquir. hered.* præterea Urpheda est promissio de rebus & factis futuris religiosa, quæ tamen sine intelligentia & consensu promittentis nulla est, & per consequens nulla obligatio, nullum iuramentum. *Setf. d. juram. l. 1. c. 10. n. 1. seqq.* 2.) *Furiosi*, mente capti seu de mentes continua mentis alienatione laborantes, hi enim iuramentum deferri non potest, nec pejerare dicuntur, si jurent, cum iudicio careant. *l. 12. §. 2. d. Judic. & nullum negotium rectè contrahant l. 5. & 40. d. R. J.* imò per omnia & in omnibus pro absentibus habeantur. *l. 2. §. 3. d. jur. codicill. & §. 8. f. d. inutil. stip.* dicuntur esse sine consensu *arg. l. 14. locat. & sine animo. l. 1. §. 3. d. acquir. poss.* *Setf. d. l. c. 4. n. 4.* Hinc etiam absque Urpheda relaxati parentibus vel cognatis custodiendi traduntur, prout Præjudiciis confirmat *Carpz. in Pr. Crim. P. 3. qv. 145. n. 51. & 52.* quæ concipiuntur hisce formalibus: *Er wird aber gleichwohl in Gefängniß mit Ruthen durch den Bittel billig gezüchtiget/ und darauff der gefänglichen Hafft ohne geschwohrnen Urpheden gestalten Sachen nach entlediget/ auch darneben seinen Eltern und Befreundten mit Ernst aufferlesget/ daß sie denselben in Hause behalten/ und außserhalb der Predigt Göttl. Worts zu andern gemeinen Zusammenkünfften / auff Hochzeiten*

zeiten und Gastereyen nicht kommen lassen/ sondern also auf ihn achtung geben sollen/ damit er ⁱⁿ ~~ein~~ ^{andern} ~~andern~~ keinen Schaden ferner zu fügen möge. B. N. W. Vel: Er wird aber gleichwohl in Gefängnis durch den Bittel mit Ruthen billig gezüchtiget/ und darauff der gefänglichen Hafft iedoch ohn geschwornen Urpheden entlediget/ auch darneben seinen nächsten Freunden auferleget/ daß sie denselben im Hause mit Ketten und Banden dermassen verwahren/ damit er künfftig ihm oder einen andern keinen Schaden ferner zu fügen möge. B. N. W.

3.) *Muti & surdi simul*, quia nec formulam Urphedæ percipere, nec animi sui sensa verbis aut signis explicare possunt, adeò aut tales quoque, ut furiosi in vinculis publicis contineri, vel à propinquis custodiri debeant, ne quid perniciosius moliantur. *arg. l. 14. d. off. Praef.* atque ita suo tempore in Scabinatu Lipsiensi responsum fuisse testatur Finkelth. *Obs. 45. n. 13. seqq.* 4.) *Perjuri*, qui Urphedam semel præstitam temerè violarunt, die den Urpheden freventlich oder fürsetzlich verbroschen/ etiamsi velint, tamen non facile admittendi sunt, sed potius tam diu in vinculis teneri debent, donec aliâ, quam Urphedæ cautione sufficiente securitatis fidem exhibeant, ideo, quia periculo non caret maximo, qui ejusmodi nefariorum hominum juramenti fidem adhibet. Quâ ratione ad satisfactionem pignoratitiam vel fide jussoriam compelli debent. *Ord. Crim. art. 176. ibiq; Steph. arg. c. parvuli. 22. qv. 5. cap. 8. d. Ro. Fin. 6. Nov. 72. in praef. in fin.* Quod ipsum in genere ad omnes homines, *leges & de perjurio suspectos* extendi posse, dicunt Doctores, ne facile ad Urphedam admittantur, adeò, ut illum, qui eos adjuramentum compellit, deteriorem homicidâ esse, inquit Balduin. *cas. consc. l. 2. cas. 9. n. 6.* Limitationem in persona publ. vid. ap. *Setf. c. 2. n. 35. 5.)* Per *Procuratorem* Urpheda præstari non potest, nec debet; Licet enim de jure communi per Procuratorem etiam jurare liceat. *l. 9. §. 6. l. ult. §. pen. d. jurej. Setf. l. 1. c. 14.* tamen hodiè moribus nostris, & præprimis in causis criminalibus & arduis, ubi corporaliter & manu propriâ jurandum est, id fallit. *c. 3. X. d. sent. excomm. c. 4. d. Elect. in 6. l. 27. C. d. Episc. audient. l. 13. §. 1. d. publ. judic. Setf. d. l. in f.*

§. 6. Hic quoque non immeritò inferenda venit quæstio de *Anabaptistis* & iis, qui vel pro gravissimo piaculo juramenti præstationem reputant, vel ex aliis causis jurare nolunt, cum ab his cautio de

non vindicando, exigenda sit, *quid juris?* Equidemque puto, tales ad hanc cautionem juratam seu Urphedam præstandam, demonstratâ ipsi prius conscientia eorum erroneâ, à Magistratu sub quo deliquerunt, & incarcerati fuere, compelli posse, quippe quod hi iisdem legibus & constitutionibus eorum, quibus cum agunt & quamdiu ibi commorantur, conformes vivere debeant. *can. 2. dist. 8. c. 11. dist. 12. vid. H. Grot. d. J. B. & P. l. 2. c. 2. n. 5. & c. 11. n. 5.* Si autem adhuc resistent, & iuramentum planè recusent, ad aliam nempe pignoratitiam vel fidei iuroriam admitti possunt cautionem; Si verò neque hanc præstare velint, neque possint fortasse, per Carnificem vel lictorem in animam eorum jurari necesse est, quod ipsi expressis verbis & stipulata manu, *an Cydes stat/ promittere & ratihabere debent. arg. eorum quæ hætenus dicta sunt.*

THESIS II.

Objectum Urphedæ est Promissio de non vindicando carcere, torturâ, fustigatione, relegatione, aliisque incommodis.

§. I. Quibus omnibus faciunt locum varia delicta, ob quæ aliquis potest incarcerari, torqueri, fustigari, relegari, aliisque modo puniri, sive sint publica, *t. t. J. de publ. jud. & t. t. ff. eod.* sive privata, *t. t. ff. de priv. del. pr. J. de obl. quæ ex del. nasc. & l. 111. §. 1. de R. J.* sive ordinaria sive extraordinaria, *t. t. ff. de extraord. crim.* sive capitalia, sive non capitalia, §. 2. *I. de publ. jud. & l. 2. ff. eod.* sive vera, sive quasi delicta, *t. t. I. de obl. quæ ex del. nasc.* sive majora, sive minora; nonnunquam etiam causæ civiles; licet enim regulariter nemo carcerem, plumbatorumque verbera, aut pondera, aliaque ab insolentia iudicum reperta supplicia in debitorum solutionibus expavescere debeat, *l. 2. C. de Exactor. Tribut. l. 10. t. 19.* nec propter debita aliquis propria autoritate capi possit: hodiè tamen Magistratus autoritate, non solum contumaces fisci debitores, sed etiam alii morosi coerceri & incarcerari possunt. *Carpz. l. 4. Resp. 78. n. 5:* præprimis si sint fugitivi, vel de fuga suspecti, vel se expressè ad id obligaverint. *Brunnem. ad d. l. 2. n. 2. 3. & 4.*

§. 2. Et quanquam regulariter *incarcerationi* demum sit locus, ubi tale crimen commissum, quod meretur ultimum supplicium, vel poenam

pœnam corporis afflictivam, ne sc. medium detinendi gravius sit ipsâ pœnâ: tamen in levioribus delictis Reus etiam nonnunquam incarcerandus venit, ut si sit 1.) delinquens vilis persona. 2.) vagabundus, nec immobilia possideat, nec aliud quid in bonis habeat, tunc omninò interest, ut reus relegandus sit præsens ob Urphedam præstandam. 3.) Si dubium sit, an locum habeat pœna corporis afflictiva, an verò minor pœna; quibus tamen casibus necesse est, priusquam ad incarcerationem deveniatur, ut legitima indicia præcedant, aut saltem per informationem probabilis & sufficiens conjectura, quæ adversus incarcerandos militat. Ord. Crim. art. 6. 20. & 218. Ord. Polit. Saxon. de an. 1612. tit. von Justitiens-Sachen. n. 5. Hinc quænam indicia sufficientia sint ad incarcerationem & capturam, iudicis arbitrio & discretioni relinquitur, d. Ord. Crim. art. 18. add. Carpz. in Pr. Crim. p. 3. q. III. n. 26. seqq.

§. 3. Præterea ratione *torturae* sciendum, quòd illa absq; sufficientibus indiciis inferri non possit. l. 1. §. 1. de quest. l. 15. §. 2. l. ult. eod. l. 17. C. ad L. Corn. de fals. l. 3. C. de quest. Ord. Crim. art. 6. 7. 18. & 22. quæ autem indicia ad torturam legitima & sufficientia sint, etiam iudicis voluntati & arbitrio relinquitur. d. Ord. Crim. art. 18. 24. & 27. add. Carpz. in Pr. Crim. p. 3. q. 123. n. 1. 2. seqq.

§. 4. Notandum tamen, quòd huc solùm pertineant delicta & crimina, ex quibus incarcerati & torti non ultimo afficiuntur supplicio, sed vivi dimittuntur, licet fustigationem, relegationem, abscissionem digitorum, manus amputationem, membrorum extensionem, (quæ extensio in specie vocatur Pœna Trattodicorda. add. Dn. Præses in Disp. de Pœna Trattodicorda.) aliasq; pœnas sustinere debeant. Carpzov. in Pr. Crim. p. 3. q. 129. n. 9. 28. 32. 39. & 41. & p. 3. q. 130. n. 1. 2. & 3.

CAPUT V.

DE

URPHEDÆ FORMA ET EFFECTU.

THESIS I.

Forma est vel Essentialis, vel Accidental.

§. I. **N**E omisio formæ, quæ dat esse rei, vitiet totam Dissertationem. arg. c. 22. X. de Rescript. cap. 37. X. de offic. jud. deleg. l. 8. §. 17.



§. 17. de transact. l. 9. §. 3. ad Exhib. Bald. in l. 1. de liber. & posth. hered. instit. Ideoq; Forma Urphedæ post materiam pertractanda nunc subjicitur.

§. 2. Est itaqve *Forma Urphedæ Essentialis, Substantialis & necessaria* asseveratio & obtestatio religiosa, seu Invocatio DEI in testimonium, & vindictam. *Exod. 23. Judic. 11. Deut. 6. & 10. Jos. 23. Jer. 12. 16. & Matth. 5. l. 1. de Jurej. l. 6. C. eod. & l. f. C. de fideic.* in qua DEUS tanquam omniscius & veracissimus, imò perfectissimus cordium scrutator, ut testis advocatur in fidem eorum, quæ asseruntur & promittuntur. Dn. Struv. *Ex. J. C. 17. th 4.* Hahn ad Wes. *de Jurej. n. 6.* Eckolt. *in comm. ff. d. t. §. 7.*

§. 3. Intelligimus autem *Deum solum & verum*, *Jer. 5. Ebr. 6. v. 16. Deut. 6. v. 13. 20. h. e.* secundum Apostolicam disciplinam, Evangelicamq; doctrinam, Patris, & Filii & Spiritus Sancti unam Deitatem sub pari Majestate & sub pia Trinitate. *l. 1. C. d. summ. Trin.* quo ipso excludimus *Deastros, d. l. 5. §. 3. de Jurejur. Sanctos, Angelos, Archangelos & alias creaturas.* *Matth. 5. v. 34. 35.* Non solum quòd juramentum sit species cultus Divini, qui non debet tribui creaturis. *cap. 26. X. de Jurej. Zæf. in comm. ff. d. t. n. 15.* verum etiam quòd in eo, per quod juratur, ponenda sit veritas infallibilis, ut testimonium certissimum haberi possit, quæ tamen in his nullum invenitur. Dn. Struv. *d. l. th. 5. 6. 7. & 8.* Hahn *d. l.*

§. 4. Sed statim hic *queritur*, an etiam Urpheda in nostris rebus publicis possit exigi à *Turcis, Judæis, & aliis gentilibus*, qui tamen falsos invocant Deos coluntq;? Resp. omninò, si Magistratui Christiano res sit cum talibus, præprimis in re gravi & casu necessitatis, *arg. c. movete. 22. qv. 1. Gen. 21. v. 31. & 31. v. 53.* quia nihil obstat, quo minus fidelis ab infideli in casu necessitatis possit juramentum exigere, etiam si sciat, infidelem juraturum per falsos Deos, quos ceu verum Deum veneratur. Ille enim juramentum solum exigit, id ipsum vero per falsos Deos tantum permittit & tolerat, idq; ob justam causam, & necessitatem *Corn. à Lapide Comm. in Gen. c. 31. v. 35. add. Frantzk. d. Jurej. n. 13. Sed an tale juramentum quòq; obliget?* R. omninò, non quidem per se, sed ideò, quod proficiscatur ex conscientia erroneâ, quæ habet vim obligandi sub eâ, quæ concipitur, ratione & superstitione, nempe, quæ existimat Gentilis, se per verum Deum jurare. *l. 5. §. 1. de Jurej.* & licet tale juramentum
verum

verum & legitimum, si propriè & in abstracto consideretur, non sit, in suo tamen genere & consideratâ opinione jurantis, qvi superstitione vel errore ductus aliquid pro Numine colit, pro legitimo putandum. Bachov. ad Tr. disp. 21. vol. 3. th. 1. lit. a.

§. 5. Urphedam autem oportet esse *juramentum solenne ac corporale*. l. 1. c. si adv. vendit. ein zierlicher/cörperlicher und gelehrter Eyd. Besold. in thes. pract. verb. Eyd. n. 28. ideò requiritur expressa Dei invocatio. Carpz. p. 2. C. 16. Def. 6. n. 12. seqq. quæ fieri debet hisce verbis: Ita me Deus adjuvet, (c. ab isto die 35. qv. 6.) per Jesum Christum: So wahr mir Gott helffe durch Jesum Christum. vel: Ita me Deus adjuvet & sanctum ejus verbum: so wahr mir Gott helffe und sein Heil. Wort. Ubi per Verbum intelligitur, substantiale Dei Verbum, sive Filius Dei, qvi est λόγος θεός, in quo cum antecedenti formula coincidit, quemadmodum etiam sic explicanda sunt verba: & Sanctum ejus Evangelium, und sein H. Evangelium/ uti in nonnullis locis juratur, & intelligitur per hanc formulam, Dei veracitas & omniscientia in verbo ejus manifestata, quæ eadem cum Ipso. Ord. Camer. p. 1. c. 57. Beust. in l. 3. l. 4 & 5. d. jurej. Rauchb. p. 2. q. 2. n. 52. & 53. Carpz. P. 2. C. 16. def. 6. Dn. Struv. ex f. C. 17. th. 10. quæ formulæ quoq; pro diversitate locorum in omnibus formalibus & solennibus adhibentur juramenti per totum Imperium Romano-Germ. Eckolt. in Comm. ad ff. d. jurej. §. 8.

§. 6. Cum igitur Urpheda ad modum aliorum juramentorum solenniter & corporaliter semper sit præstanda, constat, quod 1.) Promissiones sive assertiones Civiles, quæ fiunt vel loco juramenti, an Eyd des statt / an recht geschwornen Eyd des statt. Speckhan Cent. 1. qv. 4. Carpz. p. 2. C. 16. d. 6. vel per simplicem fidei interpositionem, bey guten treuen Ehren/ und wahren Worten. Speckhan d. l. Setf. de jurim. l. 1. c. 16. n. 3. seqq. vel etiam sub Principali, Generosa, Nobili fide & dignitate, bey Fürstl. Gräfl. Herrl. und Adel. Ehren/Treuen/Glauben und Würden. Carpzov. d. l. non sufficiant, quia in omnibus his promissionibus deficit formale juramenti requisitum, nempe obtestatio Numinis Divini, adeoque formulæ ejusmodi non sunt per se & verè juramenta propter defectum formæ essentialis; sed tantum certiores asseverationes politicæ, quibus juramenti effectus aliquis tantum civilis conventionem aut consuetudinem tribui potest, ex mente Hahnii ad Wesf. de jurejur. n. 6. Bachov. ad Tr. V. 1. d. 21. th. 1. lit. a. quæque

D qvoad



quoad firmitatem promissionum æquipollere dicuntur juramentis, sc. ubi solennia præcisè non exiguntur. Dn. Struv. *d. Ex. 7. C. 17. 8. 11.* Carpz. *p. 2. C. 16. Def. 5.* Berl. *p. 2. Concl. 21. n. 36. seqq.* Eckolt *in Comm. ff. de jurej. §. 9.* proinde quoque nec ii, qui contra fidem tali modo præstitam agunt, non possunt poenâ perjurii affici, nec absolutione opus habent. Moller. *ad Constit. Elect. p. 2. C. 36. n. 15. seqq.* nec 2.) Assertiones aliæ religiosæ sub amissione æternæ salutis conceptæ, bey dem Wort der ewigen Wahrheit/ bey seiner Seelen Seligkeit/ *l. 5. pr. §. 1. 33. d. jurej.* bey Gott/ Gott sey Zeuge. Dn. Struv. *d. l. 1. 1b. 12.* Carpzov. *d. l. Def. 6.*

§. 7. *Forma Urphedæ accidentalis & arbitraria* consistit in certis ritibus, solennitatibus ac formulis. *arg. l. 1. C. si adv. vendit. l. 14. §. 1. C. de judic. Zoes. in Com. ff. de jurejur. n. 16.* quæ vel legibus vel moribus adhiberi solent, quæ per talia solennia, quæ in sensus incurrunt, hominibus citius quædam religio injiciatur, & sic magis à perfidia absterreantur. Dn. Struv. *d. Ex. 17. 8. 10.*

§. 8. Ritus verò & solennitates in eo consistunt 1.) quòd Urpheda præstetur publicè in loco judicii, iudice pro tribunali sedente, ita tamen, ut prius accedat prævia ad jurantem admonitio, & explicatio de effectu hujus Urphedæ & poenâ perjurii. Ruland. *d. Commiss. p. 1. l. 2. c. 12. n. 11.* idq; 2.) nonnullis in locis apertis januis, fenestris, nudatis capitibus eorum, qui adsunt, & stantibus iisdem. Hahn *ad Wes. de jurej. n. 6.* 3.) Corporaliter, h. e. actu corporali, & quidem à maribus cum erectione duorum priorum digitorum (sc. indicis & medii) & pollicis, (reliquis contractis in manu dextrâ) ad cælum, quibus Summa ac Sacrosancta indigitatur Trinitas; vel solùm porrectis duobus prioribus digitis (quibus vulgatus judiciorum nostrorum usus contentus est) ejusdem manus dextræ, quibus significatur corpus & anima, vel duæ virtutes, Justitia & Veritas; à Fœminis verò cum appositione dictorum digitorum ad pectus sinistrum. Rauchb. *p. 2. qu. 2. n. 88.* Tholosan. *Synt. Jur. l. 50. c. 8. n. 30.* Wesenb. *in parat. ff. de jurej. n. 6.* Carpz. *in Process. Inquis. tit. 10. art. 5. n. 2.* add. Serf. *de juram. l. 1. c. 15. n. 13.* Verum dubium occurrit circa eum, qui dextrâ manu caret, prout benè contingere potest, quomodo debeat præstare Urphedam? Resp. ad præstandam eam uti potest & debet sinistrâ manu, quod etiã ita observatum fuisse tradit Bocerus *Clas. 6. Diss. 18. 1b. 119.* hi enim ritus

rus referuntur inter adiaphora, & Deus non ad ceremonias, sed potius cor ipsum respicit, nec inter verbale & corporale distingvit, *Can. juramenti 22. qu. 5. Franzk. Comm. ff. n. 17. b. 1.*

§. 9. Quemadmodum itaque Urpheda præstanda est vivâ voce, conceptis verbis & dictatis præeuntibus, ita quoque necessariae sunt, hujus promissionis de non vindicando molestias carceris, certæ formulæ, quæ quidem verbis discrepantibus pro diversitate locorum & causæ incarcerationis, imò panarum, quæ communiter huic juramento inferi solent, concipiuntur, re ipsâ tamen & in effectu conveniunt, & quanquam in Urphedæ, imò in omnibus jurandi formulis multum variat consuetudo, secundum quam juramenta sint concipienda, attamen hoc non simpliciter, sed ita accipiendum est, dummodo juri divino non sint contrariæ. Jason. *in l. f. ff. qui satisd. cog.* quia nullâ quamvis inveteratissimâ consuetudine juri divino potest præscribi. *Setf. d. jur. l. 1. c. 15. n. 37.*

§. 10. Formulam Urphedæ in Camera Imperiali usitatam ex Gylmanno *in Decis. Cameral. sub voc. Urphedæ*, suppeditant Paul. Matth. Wehner. *Pract. Observ. lit. II. voce Urfried / Urphed / post principium.* & Joh. Ruding. *sing. Obs. cent. 5. obs. 43. n. 2.* hanc sequentem: *Ihr werdet schweren einen Eyd zu Gott auf das heilige Evangelium/ daß ihr die Gefängniß / darinnen ihr von wegen eurer Mißhandlung angenommen worden/ gegen den Herrn Camer-Richter / Præsidenten/ Beysitzern/ und allen andern des Kayserslichen Cammer-Gerichts- Personen/ auch Bürgemeistern und Rath der Stadt Spener / ihren Dienern und Anverwandten / auch sonst manniglich / weder mit Worten oder Wercken / heimlich oder öffentlich in keinerley Weise oder Wege rächen noch anthen wollet. Alles getreulich und ohne Befehde.*

§. 11. In inferiori Saxonica & in specie Bremæ, referente Zepper. *in Discurs. Jurid. tit. 4. n. 33.* observatur talis: *Demnach ick wegen enes Verbrefens in E. E. Hochw. Rathes Hassfe bin geraden/ dersulven averst igo soll wedderum erlahen werden / als gelave und schwere tho Gott dem Allmechtigen ick enen liefliken Eedt/ dat ick solcke Hassfe an E. E. Hochw. Rathde / de Heren Camerer / Bürgere/ Bedeente / edder wol sonst tho diser miner Hassfe möchte Ohrsake gegeben hebben/ nicht wil ibern noch wrefen/ ibern edder wrefen lahten/*

D 2

weder

wedder dorch my / noch dorch andere / idt sy aver fort / edder lang / so
wahr helpe my Gott.

§. 12. In Principatu Anhaltinensi quidam incarceratus ob homicidium perpetratum, postquam certis de causis gratiam à Principe impetraverat, dimissus aliquando fuit, sub præstatione alterius formulæ Urphedæ, quam refert Zepper. *d.l. n. 34.* quamq; hic apponere operæ pretium duxi, cum sit formula Urphedæ qualificata, quoad verba ita se habet: Ich N.N. hiermit gerichtlich bekenne und urkunde/ daß ich/ vermöge Zeugen Aussage/ auch meinem eigenen Wissen und Gewissen N.N. allhie zu Gusten in voller Weiß erstoehen / und dessen Blutes schuldig geworden / weil aber nach der Rechtsgelehrten / auch aus Hoher Obrigkeit Begnadigung / wegen deren Umständen/ oder sonsten mir die Straffe der Staupenschläge zu dem Ende nachgelassen und geschencket worden / damit ich desto frömmer und gottfürchtiger/ in ernster Busse/ mich förderst bezeigen möge/ und die Mittel meiner Nahrung mir nicht abgeschnitten werden können/ und aber neben ewiger Landes-Verweisung des ganzen Fürstenthums Anhalt/ an allen Orten und Enden die Gerichts-Kosten/ so aufgegangen/ abtragen solle/ so erkenne ich solches vor eine grosse Gnade und Wohlthat; gelobe und schwere mit aufgerichteten Fingern/ solche Straffe auf mich zu nehmen/ in das Fürstenthum Anhalt die Zeit meines Lebens nicht wieder zu kommen/ sondern als ein Verwiesener solches als stracks / ehe die Sonne untergehet / zu räumen / und mich dessen zu äußern / oder da ich darinnen / oder an einem einzigen Orte dem löblichen Fürsten zu Anhalt angehalten würde / die gehörige Straffe auszustehen / auch wegen der Gerichtskosten den ermangelnden Rest / so bald mir möglich/ zu entrichten. Gelobe ferner/ und schwere zu Gott dem Allmächtigen zu dieser frühen Tages-Zeit / solche meine Verhaffung/ Straf und Landes-Verweisung weder an dem Durchl. Hochgeb. Fürsten und Herrn / Hrn. Ludwigen / Fürsten zu Anhalt ic. noch seiner F. G. Ehegemahlin / Jungen Fräulen / Gebrüdern und Bevettern/ Fürsten zu Anhalt/ noch dero Fürstl. Herren Råthen/ dem Amtmanne / den Gerichts-Personen / Amtsknechten / oder einigen Menschen / so zu dieser Straffe Ursach geben / ausser Rechtens zu rächen/ weder jetzt / oder künftig / weder durch mich / oder durch einen andern / sondern hinfürro Gott für Augen zu haben / und mich besten Vermögens

gens

gens zu bessern / alles bey Verlust meiner Seelen Seligkeit / so wahr
als mir Gott helffe am Jüngsten Gerichte / durch Jesum Christum
seinen lieben Sohn / und unsern liebsten Herrn / Amen.

§. 13. In hac Civitate Lipsiensi ejusq; benè constituto Prætorio, in
der Richter-Stube / oder bey den löblichen Stadtgerichten / ubi talia
ferè quotidiè peraguntur ac tractantur negotia, usu observatur, (quam
ex benevolâ communicatione accepi) subsequens formula: Wegen
des Gefängniß / darein ich kommen bin / schwere ich einen rechten / frey-
willigen und unwiderrufflichen Urpheden und Eyd / meinem Gnädig-
sten Herrn dem Churfürsten zu Sachsen / E. E. Hochw. Rath und de-
ro Stadtgerichten zu Leipzig / allen Einwohnern / allen ihren Unter-
thanen / und allen denjenigen / die mich in das Gefängniß gebracht ha-
ben / dasselbe nicht zu rächen / weder an Herren noch an Knechten / wes-
der durch mich / noch durch niemand nicht / (& hac formula est Urphe-
dæ simplicis, quæ nullâ accedente poenâ præstanda imponitur; quando
autem qualificata requiritur, inserenda hîc sunt sequentia verba: Ich
schwere auch / daß ich das ganze Churfürstenthum / samt den einver-
leibten Stiffftern / in Ewigkeit nicht berühren noch betreten wil.) Den
Urpheden un Eyd / den ich allhier schwere / den will ich stet / fest und un-
verbrüchlich halten / so wahr mir Gott helffe und sein heiliges Wort.
Vel si Judæus: So wahr mir Gott / der Gott meiner Väter Abraham /
Isaac und Jacob / der Himmel und Erde gemacht / und Mose das Ge-
sez auf dem Berge Sinai gegeben / und sein heiliges Gesez / helffe!

§. 14. Circa quam in specie quædam notanda sunt, 1.) quod
hac notula Urphedæ relaxando non prælegatur à Judicii Actuario, uti
alia juramenta, sed vel ab ejus judicii nuncio, vulgò dem Gerichts-
Frohnen / vel à carceris Magistro, vulgò dem Stock-Meister / & hoc ex
observantia judicii. 2.) explicantur relegando, &c. was durch das
ganze Churfürstenthum samt den zugehörigen Stiffftern intelliga-
tur, sc. quod relegatus censetur ex provinciis Electoratus Saxonici
universis, ob generalitatem, *constit. 47. p. 4. in verb. aller unserer Lande.*
Quamquam enim de jure Civ. relegatus ab una civitate vel loco, non
censetur ex toto ducatu vel Provincia relegatus. *l. 7. §. 15. d. interd. &*
releg. hodiè tamen de consuetudine præprimis Saxonica relegatus ab
una civitate, vel Præfectura, vel Jurisdictione Nobilium, aliorumque
subditorum, ex omnibus Provinciis Saxon. relegatus censetur. *d. Const.*



add. Carpz. *ib. d. 4. §. in Pr. Crim. p. 3. qv. 130. n. 30. §. 31. 3.*) *queritur*, An in Urpheda de fururâ poenâ aliquid possit poni, utputa si jurans re-
deat, ut taliter vel taliter puniatur? *Aff. arg. l. 8. §. 7. d. poen.* ibique
Barth. & Brunn. Ubi si quis contra Urphedam revertatur, augetur poe-
na, huc facit etiam textus in *l. 4. eod.* ibique Brunn. Ubi frangens fidem,
si sit condemnatus, in exilium relegatur, si relegatus, condemnatur de-
portari &c. & pro hac sententia quoque decisum esse testantur. Pegve-
ra. *Decis. 41. §. Ricc. in Prax. Eccl. p. 2. Dec. 588.* Speidel. *in not. ad thes.*
Pr. Besol. verb. Urphed. 4.) Diserta quoque mentio fieri debet in
formula Urphedæ personarum judicii accessoriarum & adjuvantium.
Nam ut finis ejusdem plenè obtineatur, necesse est, ut iisdem simul
prospiciatur, e. g. Assessoribus, Actuariis, Apparitoribus, nec minus a-
liis, ut, accusatoribus, advocatis, Procuratoribus, testibus & in univer-
sum omnibus ac singulis, quorum ope & consilio reus fuit apprehen-
sus, in carcere detentus, & tortura aliisque modis affectus. Zepp. *d.*
discur. jurid. tit. 4. n. 42.

THESIS II.

Effectus Urphedæ est vel primus, vel ex pri-
mo ortus.

§. I.

PRæmissis & subministratis causis ordo exigit, ut etiam ad Effectum
Urphedæ deveniamus.

§. 2. Quod attinet verò Urphedæ effectum primum, ille est
obligatio, quia omne juramentum, & sic etiam Urpheda jurantem o-
bligat, ita, ut, quod promisit, præcisè præstare teneatur; Etenim cum
DEO hoc juramentum fuit contractum, cui omninò votum reddi de-
bet. *l. 2. C. d. reb. Cred. cap. 26. X. d. jurej.* Setf. *d. tr. l. 4. c. 25. n. 5.* itaq; rela-
xatus & dimissus sub præstita hac Urpheda assertioni atque promissio-
ni necessatiò tenetur stare, nec eam violare debet, quod svadet non
solum æquitas naturalis. *l. 1. pr. d. pact.* sed etiam juramenti vis & effi-
cacia, cum præcisè obligandi necessitatem inducat. *arg. l. 2. d. jurej.* &
omne juramentum, quod sine dispendio æternæ salutis observari pot-
est, sit servandum. *cap. 2. d. pact. in 6. c. 8. §. 28. X. d. jurej.* quod ipsum fu-
sius docet, atque probat Setfer. *d. Juram. l. 1. c. 21. per tot.*

§. 3. Effectus ex primo ortus, est incarcerati liberatio & di-
missio.

missio. Præstitâ enim Urphedâ incarceratus liberatur, cum Urpheda tanquam juramentum omnem doli præsumptionem tollat, atque perfidiæ. *l. 3. §. 1. d. jurej.* & efficiat, ut stetur dicto & promisso incarcerati, cui tamen alias ita simpliciter non crederetur. *arg. c. 39. & c. 51. X. d. testib.* Hinc habet vim satisfactionis. *auth. generaliter. C. d. Episc. & Cler.* ac nemo facile præsumitur immemor esse æternæ salutis, ut perjurium committat. Everhard. *in loc. top. loc. à vi & Energia Juram. n. 55.*

§. 4. Dimissus igitur incarceratus sub Urphedâ, hâc stare, & à vindictâ privatâ, quæ propria fit autoritate, abstinere debet. Dico autem à *privatâ*; nam promissio illa intelligitur facta tantum de vindictâ privata, quæ fit de facto, & omni prohibita est jure, non verò de licita, *publica & juridica*, per viam juris in judicio instituta, quæ fit jure permittente; nec impeditur reus, qui se injustè incarceratum, vel tortum conqveritur, eo nomine adversus Magistratum agere, imò tuto & non obstante Urpheda potest delatoribus suis, dicam impingere, & contra eos actione quâdam instituta perviam juris experiri, quia hoc juramentum & confessio annexa non extenditur ad causas, quas privatim ille habet cum privatis. Uti in simili decidit Ludov. Roman. *Consil. 183.* Sed vis & efficacia Urphedæ præstitæ est, ut dimissus ex carcere ob perpessam ibi contumeliam nihil vi & illicito modo attentare velit.

§. 5. Ne itaque per hoc Urphedæ juramentum, (quod vinculum æqvitat, non iniquitatis esse debet. *c. 18. X. d. jurej.* ac propterea veritate, judicio & justitiâ, tanquam suis comitibus suffultum. *c. 26. X. d. t. de jurejur.*) ad Tyrannidem & injustitiam fenestræ aperiantur, intra juris limites & justis ex causis se vindicare volens, omninò audiri debet, utut juratò pollicitus sit, nunquam se, vel carcerem vindicaturum, vel etiam contra præscriptam prælectamque formulam ullâ actione adversus Magistratum illum experturum. Saylor. *in Select. Cam. sent. 10. octobr. anno 1561. & 4. Novembr. anno 1566.* Schurff. *consil. cent. 3. cons. 87.* Natt. *cons. 42. n. 3.* Hering. *de fidejuss. c. 5. n. 287.* Speckhan. *cent. 2. class. 2. qv. 15.* Carpz. *in Pr. Crim. p. 3. qv. 127. n. 46. & seqq. qvi n. 51.* elegans refert præjudicium, quod vid. Finckelth. *Obs 9 n. 5. seqq.* Ubi secundum hanc sententiam à Facultate Jurid. Lips. anno 1621. pronunciatum esse, testatur hoc præjudicio: *Ob ihr nun wohl gegen N. einen Urphed/wegen der gefänglichen Hafft geleistet; demnach aber*



ber / und dieweil ein ieder Urphed allein dahin zu verstehen / daß sich niemand wegen gefänglicher / ausgestandener Hafft eigenthätiger Weise/rächen soll/sonsten aber dieselbe in Stande des Rechts gebührlich auszuüben/freygelassen: so ist euch auch N. wegen des euch zugefügten despects/ eurer Versäumnis / mangelnden Mobilien und Unkosten/ordentlich zu belangen/unbenommen. B. N. W.

§. 6. Ex quibus igitur luce meridianâ clarius constat, quod Urpheda neutiqvam viam juris adimat, vel prohibeat, quod etiam difertis verbis cautum est in Ord. Crim. art. 20. in verb: Es soll auch keine Obrigkeit oder Richter in diesem Fall/ keine Urphede helfen schützen oder schirmen / daß der gepeinigete seine Schmach / Schmerzen/ Kosten und Schaden mit Recht/ doch alle thätliche Handlung ausgeschlossen/wie Recht/nicht suchen mag. ibid. Steph. n. 5. Hinc si quis habeat justam causam agendi, actione & legitimo modo experiatur necesse est. l. pen. ad L. Jul. d. vi priv. Sed haud incogruè hic quæritur, quousqve Urpheda sese extendat, oder wie weit sich eine Urphed sonst erstrecke? R. Strictè est intelligenda, adeò ut Magistrato in Urphedâ incarceratum ultra vel extra illud negotium, quod apprehensioni causam dedit, & quod exinde immediatè ortum est, in nullo possit gravare; nec carceratus tenetur aliter jurare, quam quod carcerem, & quod ratione ejus sibi obtigit, nec per se, nec per alios in Magistratu, ministris, & illos attinentibus, velit vindicare: prout hoc talis Urphedæ consvetus tenor inter alia docet. add: Schrader. in consil. fol. 30. sqq. Sichard. consil. Crim. q. n. 1. Steph. d. l.

CAPUT VI. ET ULTIM.

DE

URPHEDÆ ADJUNCTIS, AFFINIBUS ET CONTRARIIS.

THESIS I.

Urphedæ Adjuncta sunt varia.

§. I.

Nunc ultimo loco in cap. presente pertractanda restant non solum Adjuncta, sed & Affinia, & denique Contraria, de quibus in sequentibus. Thes.

§. 2. Ad-

§. 2. *Adjuncta* igitur quod attinet, cum de multis jam in antecedentibus actum sit, hac occasione brevissimis ea hic recensere, & tantummodo remissivè ad superiora tractabo. Videtur autem ad ea pertinere 1.) quod Urpheda in propria persona debeat præstari, nec admittendus ejus nomine Procurator, licet speciale ad eam præstandam habeat mandatum, est enim Urpheda actus religionis, quæ personæ cohæret, adeò ut ab ea separari non possit. *c. 14. X. d. jurej.* & vinculum juramenti assertorii, quod certam veritatem exigit, quæ planè per Procuratorem præstari non potest, imprimis si jura exigantur aut desiderent, ut is, cui jurandi necessitas incumbit, ipse sua manu, & in propria personâ juret. *c. 3. X. d. sent. excomm. c. 4. d. Elect. in 6. Land. N. l. 1. art. 6. l. 2. art. 22. & l. 3. art. 11.* ubique Glossa. *Setf. d. juram. l. 1. c. 14. n. 27. add.* quæ suprâ dicta sunt *Cap. IV. th. 1 §. 5. in f.*

§. 3. Deinde 2.) Præstanda est regulariter *publicè* in loco judicii coram iudice in Tribunali sedente, ut eo efficacius sit hoc Elogium in casu tamen necessitatis, si incarceratus ob morbum gravem & fonticum in loco judicii comparere non possit, extra locum judicii in carcere exigi potest. *Zepp. d. l. n. 37.* 3.) Exigenda est Urpheda à Magistratu & ad hujus instantiam & requisitionem deponenda. *Gilhaus. Arb. judic. Civ. p. 1. c. 1. §. 3. n. 45.* prout etiam suprâ *C. III. th. 1. §. 6.* traditum. 4.) Urpheda non excludit viam juris sive vindictam publicam & actionem propter præstitam Urphedam legitimo modo instituendam, de quo in *cap. preced. V. th. 2. §. 4. & 5.* Quam tamen 5.) interdum præcedere debet *relaxatio* juramenti ad effectum agendi, & absolutio ab Urpheda præstita. Uti infra *th. 3. §. 4.* pluribus dicitur. Quæ denique 6.) Causa absolutionis est summaria, & tantum præparatoria, ad causam principalem, adeoque ordinarium processum non requirit. *Gail. l. 1. obs. 13. Ord. Cam. p. 3. t. 3. §. 17. vers. Sachen relaxationis Mevius p. 1. Decis. 132. n. 5. Carpz. p. 1. Const. 2. d. 18. n. 7. Zang. d. Except. p. 1. c. 1. n. 60.* cum brevis & summaria tantum causæ cognitio sufficiat, præsertim in civilibus. *Gail. d. l. n. 3.* quæ tamen causæ cognitio quoque cessat, si notoriè constet de injustitia & turpitudine Magistratus, qui Urphedam exegit & recepit, quia frustra adhibetur id, quod supervacaneum est. *arg. l. 14. §. 1. ut legat. nom. add. Zepp. d. n. 62. & 63.*

THESIS II.

Affina Urphedæ dantur quoque permulta.

§. 1. Conveniunt namque cum Urpheda alia juramenta judicialia & necessaria. *t. t. ff. d. jurej. t. t. X. eod.* ibique Dd. Imprimis tamen Juramentum *Confirmatorium*, quod actui alicui jam subsistenti confirmandi gratia accedit. *Struv. Ex. J. C. 17. th. 20. Setf. d. tr. l. 2. c. 3. Assertorium*, quod ita dicitur à præterito, vel à præsentis. *Setf. d. l. c. 2. n. 4. Promissorium*, quod ita dicitur à futuro, quo fide religiosè data aliquid promittitur verbis in futurum tempus conceptis. *Setf. d. l. n. 2. Confirmatorium*, quod promissioni alicui vel pollicitationi accedit, eamque firmiorem facit. *Setf. d. l. 2. c. 3. n. 1. Juramentum*, quod de re non controversa adhibere solet. *Setf. d. l. 2. c. 1. Juramentum Calumnie* vel generale, vel speciale. *t. t. C. d. jurej. propt. calumn. & t. t. X. eod.* ibique Dd. *Setf. l. 3. c. 1. Nicol. in Process. p. 1. c. 39.* Juramentum fidelitatis, Clientelare, & omnes promissiones fidei. *Struv. d. l. & Setf. d. tr. l. 1. c. 16.*

§. 2. Deinde cum Urpheda affinitatem quandam habere videntur omnes cautiones & satisfationes, quæ fiunt à personis personis. *t. t. qui satisf. cog. & t. t. C. d. satisf. dand. ibique Dd.* præ omnibus tamen Cautio sive satisfatio, quæ persona personæ cavet, quæ in specie dicitur *Cautio de non offendendo*, & ut obtineat tria præprimis requiruntur, 1.) ut quis metuat injustam & violentam offensionem. 2.) Ut alter exsequi soleat minas. 3.) Ut postuletur hæc cautio. Et tunc offendens in carcere detineri potest, donec caveat, vel per fidejussores, vel per pignora. *arg. l. 4. si cui plus, quam per leg. Falcid. P. S. D. art. 176.* ubi Steph. & Ziriz. ad juratoriam enim, nisi volente adversa parte non admittitur. *Gail. l. 1. d. Pac. publ. c. 2. n. 1. & 2. add. Herculan. in elegant. tr. d. caution. de non offendendo. Hahn. ad Wes. qui satisf. cog. n. 2.*

THESIS III.

Urphedæ Contraria sunt 1.) Remissio ejusdem 2.) Noluntas incarcerati. 3.) Relaxatio & 4.) Violatio Urphedæ.

§. 1. Cum non solum *contraria* juxta se posita magis elucescant. *arg. pr. J. d. bis qui sui l. al. jur. st. l. 1. pr. eod. l. 43. §. 1. d. procurat.* Sed etiam Contrariorum eadem sit disciplina ac scientia. *§. 1. J. d. J. & J. l. 10.*

7. l. 10. §. 2 eod. & arg. l. 35. d. Vulg. & pup. substit. non immeritò adhuc de Urpheda Contrariis agendum est.

§. 2. Inter Contraria verò refertur 1.) *Remissio Urpheda*, quia interdum remittitur, non quidem simpliciter & indifferenter, sed nonnunquam, & tantùm ob justas & legitimas causas, quæ tamen, quia in LL. disertis expressisque verbis, definitæ ac determinatæ non reperiuntur, ideò judicis arbitrio & discretioni committuntur. *arg. l. 1. d. jure delib.* qui pro ratione circumstantiarum, criminum, quæ objiciuntur, qualitate, vel propter honores, aut amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate ejus, qui accusatur & incarceratur; vel si alio modo securitati publicæ, ut & privatæ consuli queat, æstimare debet, an sint sufficientes causæ, an verò non, & sic remissionem facere solet. *arg. l. 1. d. Custod. & exhib. reor.* In genere tamen notandum est, quod ille habeat potestatem Urphedam remittendi, qui habet jus Urphedam exigendi, de quo supr. *C. III. th. 1. §. 7. Zepp. d. disc. n. 67. 68.*

§. 3. Deinde 2.) ad Contraria quodammodo pertinet *Noluntas incarcerari* Dictum enim supra *c. V. th. 2. §. 3.* quod demum præstita Urpheda incarceratus liberetur, & à Magistratu dimittatur. Nonnunquam tamen evenit, ut reus relegandus nec Urphedam præstare, nec emigrare velit, quo casu quæritur: *quomodo procedendum?* Resp. tunc carceri tradendus est, & pane, aquave per aliquod tempus alendus, ut pareat, ne judicis sententia eludatur, prout Dn. Scabini Lipsi. responderunt, apud Carpz. *in Pr. Crim. p. 3. qv. 130. n. 38. 39. h. m.* *Es wird inquisit mit langen Gefängnis / darinnen er drey Wochen lang mit Wasser und Brodt zu speissen / darzu billig angehalten / mit der angehefften commination und Verwarnung / daß / wo er binnen gesetzter Frist / die zeitliche Landes-Verweisung an ihme vollstrecken zu lassen / sich nochmahls verweigern wird / daß er also denn mit höhern Straffen / als da seyn ewige Landes-Verweisung und dergleichen beleet werden solle* &c. aliud adhuc vid. ap. eund. Carpz. *d. l. n. 40.* Si nec tunc morem gerat, præstitâ eò præsentè à Lictore Urphedâ in animam ejus, vehiculo impositus, provinciæ finibus ejicitur & relegatio per publicum programma affigitur cum comminatione abscissionis duorum digitorû, si redierit; quodq; si postmodum accidat, vel alio modo contracam à Reo agatur, eadem pœnâ afficitur ac si ipsemet contra Urphe-



dam à se præstitam deliquisset, quod itid, præjudicio Dn. Scab. Lips. ap. Carpz. d.l.n. 41. 42. & 43. corroboratur, ita sonans: So wird nunmehr Inqvisti gethauer Verweigerung ungeachtet/die zuerkannte ewige Landes-Verweisung an ihme vollstreckt/und auff diese Maas procediret: Daß nehml. der Urpheden/ den sonst der Gefangene in Persohn zuthun verpflichtet/ durch den Vittel von wegen des Gefangenen in seine Seele verrichtet und geschworen/und er nachmahls auff einen Rarn gesetzt/ auff die Grenze geschaffet und geführet/ und also aus dem Erbstift Magdeburg gestossen und verwiesen/ und zugleich ausgerufen und durch öffentlichen Anschlag Jedermann notificiret und zuwissen gethan wird/ daß er nunmehr vor einen solchen/ so des Landes verwiesen zu achten und zu halten/ und wenn er in dem Stift Magdeburg wiederum sich betreten läset/er mit der Straffe/damit diejenigen/so auff einen Urpheden verwiesen und doch wieder kommen/ zu belegen/ welches dann dem Gefangenen vor würrlicher Execution ernstlich untersaget/ und er vor Schaden gewarnet/ihme auch darneben dieses angemeldet wird/ daß/ wenn er ins Stift Magdeburg wieder kommen und sich darinnen antreffen lassen würde/ er mit Abhaung der Forderglieder der beyden Finger nicht anders/als wenn er den Urpheden in der Persohn geschworen/gestrafft/und anderweit des Landes verwiesen werden soll. B. N. W. plura habet Carpz. d. l.

§. 4. Præterea 3.) potest Contrariis annumerari *Relaxatio seu absolutio ab Urpheda*, licet namq; supra expositum sit, quod Urpheda viam juris non excludat, & non obstante Urpheda sc. novâ, Reus iniquitatem incarcerationis adversus Magistratum legitimo modo possit vindicare, tamen antequam hoc fiat, necessariò requiritur, ut Absolutionem prius Urpheda ad effectum agendi impetraverit, quam etiam ex justa causa obtinere potest & debet, aliàs jurans vix peccati labem effugiet, si non impetrata absoluteione Urpheda contraveniat. Bach. ad Tr. V. 1. d. 2. th. 10. lit. a. add. Setf. d. jurej. l. 1. c. 24. n. 7. Hahn. ad. W. d. jurej. n. 14. Carpz. in Pr. Cr. p. 3. qv. 27. n. 51. 52. 53. Ubi ita pronunciatum docet: So ist solche Urphed so weit ihr das Recht darinnen verschworen zu Recht unkräftig/und ihr seit dessen ungeachtet/iedoch auff desselben vorgehende relaxation welche euch von der hohen Obrigkeit des Orts auff euer gebührlisches Ansuchen billig mitgetheilet wird/vor bemelben Grafen des angelegten unschuldigen Gefängnis Tortur und zugezogenen iurien halber rechtlichen zu belangen wohl besugt/möget auch derothalben vor meinydig nicht gescholten werden. B. N. W.

§. 5. Absolutionem fieri debere ex antecedentibus certum quidem, sed tamen adhuc incertum est, à quonam Magistratu an Politico, an Ecclesiastico absolutio sit petenda hujus Urpheda? Acerrima est controversia inter Canonistas & Legistas, & talis quæ inter quæstiones Juris τῶν ἀπόρων, ut habet Jctus Africanus in l. 88. pr. ad L. falcid. referri commodè potest, & certè Canonistæ, quemadmodum omnia ad suum

suum molendinum trahere solent, uti loquitur Bald. in l. 1. de oper. libert. ita & in hoc casu Pontifici Romano & judici Ecclesiastico potestatem relaxandi solis tribuere volunt. per c. 13. X. de judic. c. 34. X. de Elect. & Elect. potest. c. 1. & 8. X. de jurej. & c. fin. de foro comp. in 6. Contra Legistæ potestatem à juramento absolvendi concedunt Magistratui Politico, adeoq; Principibus & statibus Imperii secularibus, quibus jura Ecclesiastica competunt. per l. ult. qvi satisd. cog. l. 38. ad Municip. & l. pen. de transact. cui posteriori sententiæ adstipulamur. Hæc siquidem in Imperio Rom. non solum per stylum Camerae & usum fori communem est recepta, sed etiam Constitutioni religionis consentanea & expressè approbata. Reces. Imp. de anno 1555. §. und sollen diejenigen. & §. und sollen in diesen beyden Verordnungen. Reink. d. R. S. & E. L. 3. Cl. 1. c. 10. n. 56. Gail. l. 1. O. 25. Myns. cent. 3. O. 99. Ruland. d. comm. p. 1. l. 6. c. 11. n. 8. Carpzov. p. 2. C. 36. D. 1. Finckelth. Obs. 9. n. 8. & seqq. Witteberg. Consult. Constit. Sax. p. 1. q. 4. n. 13. 14. 15. ibi: *Wiewohl nun dieser Punct sehr zweiffelhafftig und disputirlich / befinden wir doch / daß im Röm. Reiche und desselben Cammergerichte die weltliche Obrigkeit justa ex causa ad effectum agendi vel excipiendi juramentum zu relaxiren befugt &c. add. Setf. all. l. c. 24. per tot. Dn. Struv. Ex. J. C. 17. th. 79. Ord. Cam. p. 2. t. 24.*

§. 6. Sed qv. *An ad hanc Urpheda relaxationem pars adversa, cui juratum, debeat citari?* Resp. quod non; quia per hanc absolutionem, non tollitur in totum obligatio, sed solum remoto impedimento, habilitatur persona ad agendum, ut possit dicere de summa injustitia & iniquitate, adeoq; hoc casu nullum versatur præjudicium partis, cui juratum, neque ejus præsentia desideratur. Felin. in c. 1. X. de jurej. n. 23. Myns. Cent. 6. O. 84. n. 2. Tusch. Pract. Concl. tom. 1. lit. A. concl. 60. n. 5. seqq. Carpz. d. P. 2. C. 36. D. 3. Quæritur 2.) *Si Reus renunciaverit in Urpheda absolutioni?* e. g. quod absolutionem ab Urpheda non velit petere, neq; eâ uti, oder er wolle nicht allein seiner geschwornen Urphed keines weges zuwider kommen / sondern auch von solchem juramento de non vindicando carcere, weder bey Geist noch weltlicher Obrigkeit einige absolution bitten / noch sich davon entbinden lassen: *An nihilominus absolutionem petere possit & impetrare?* Resp. omninò, neq; absolutio ex justa causa deneganda est, cum in omni juramento Jus Superioris exceptum intelligatur. c. 19. X. de jurej. h. e. jusjurandum non



est servandum, quoties constat, ipsum Superiorem nolle id servari, penes quem est legum condendarum potestas. Illicitæ autem violentiæ factæ & metu extortæ cautiones à Superiore sunt planè prohibitæ. *l. 6. de off. presid. & iudicibus immodicè sævientibus fræni quædam temperies est adhibita, prout eleganter loquitur Imp. Constantinus in l. 2. C. de Custod. reorum.*

§. 7. Processus, qui circa absolutionem ab Urpheda hodiè in Camera Imperiali observatur, traditur formaliter ab Hadrian. Gylmann. *in Decis. Cam. voce Urpheda.* in causa der Wetter. Vormunden / contra Grafen Valentin von Eisenburg & Consorten / de anno 1589. d. 26. Febr. add. Ord. Cam. p. 2. tit. 24. & Gail. *l. 1. O. 23. n. 5.* it. Schvvanman. *in Process. Cam. l. 2. c. 21.* ubi simul Protocollum in puncto relaxationis Urphedæ ad effectum agendi offert. Formulam supplicationis pro relaxatione & absolutione præbet Gilhaus. *in Arb. jud. c. 4. Ramusc. 1. §. 15. n. 4.* Secundùm quæ omnia Processus quoque in nostro foro ferè institui & formari potest. add. Carpz. *p. 2. C. 36. per tot.*

§. 8. Tandem 4.) quàm maximè contrariatur ipsa *Violatio Urphedæ*, die Urpheds-Brechung / unde ejusdem violatores quoque vocantur die Urpheds-Brechere / qui scil. Urphedam præstitam violant, rumpunt, frangunt, priusquam absolvantur. Quo casu dicitur *pæna violentis Urphedam*, quæ est ordinaria perjurii, videlicet præter vindictam divinam abscisio duorum digitorum, cum quibus juratum est, vel etiam manus amputatio. Ord. Crim. *art. 107. vers. und nachdem & c. & art. 108. v. So aber & c.* ibiq; Steph. & Zieritz.

§. 9. In *Electoreatu Saxonico tres præprimis casus* sunt distingvendi, secundùm *Const. 48. part. 4.* Aut enim quis contra Urphedam semel ac primâ; aut bis ac secundâ; aut ter ac tertiâ vice revertitur, & tempore relegationis nondum elapso, provinciam, ex qua relegatus est, ingreditur. add. Carpz. *ad d. Const. p. 4. it. in Pr. Crim. p. 1. q. 47. per tot.*

§. 10. *Priori casu* rediens punitur regulariter præter relegationem etiam amputatione duorum priorum digitorum, quibus Urphedam præstitit ex *d. Const. pr. verb.* die so auf einen geschwornen Eyd verweist / und doch wissentlich wieder kommen / sollen mit Abhauung der zweyen förder Finger / damit sie geschworen / anderweit verweist werden / quia æquum est, ut pœnam in membris delinquentibus rei sentiant. *Deut. 25. v. 12. l. 3. C. de serv. fugit. Nov. 17. c. 8. Nov. 42. c. 1. §. 2.*

&c

& in eo puniantur, quo deliquerunt. 2. F. 55. vers. *Scriba verò*. Intelliguntur autem non toti digiti, sed tantum duo articuli priores duorum digitorum, die fördern Glieder der beeden Finger. Non solum quod in causis poenalibus benignius sit interpretandum, l. 155. §. 2. d. R. I. cap. 49. d. R. I. in 6. sed etiam propter favorem reorum, ne opera manualia perficere & se commodè sustentare impediatur, quapropter talis formula pronunciandi observatur: So wird der gefangene R. R. wegen solches seines begangenen und bekanten Meineydes / mit Abhauung der fördern Glieder der beeden Finger / damit er geschworen / des Landes anderweit billig verwiesen / B. N. W.

§. 11. Itaq; qui ad certum tempus relegatus ante illud revertitur, post abscissionem duorum digitorum iterum ad idem tempus in priori relegatione expressum relegatur. *arg. d. Const. §. Wenn aber. verb.* Soll ihm nochmahls ewige Verweisung mit Staupenschlägen zuerfaht werden. *add. Carpz. in d. qv. 47. n. 14. seqq. ubi n. 21.* ita responsum fuisse testatur sequentibus formalibus: Ist A. L. uff 5. Jahr nach geleisteten Urpheden des Landes verwiesen worden/deme aber zuwider sich unlangsten allhier betreten lassen/xc. so wird er wegen solches begangenen und bekanten Meineyds mit Abhauung der förder Glieder der beeden Finger / damit er geschworen/ anderweit auf 5. Jahr lang des Landes billig verwiesen / B. N. W. Poena autem abscissionis digitorum etiam locum habet in eo, qui statim ab initio propter atrocitatem delicti cum fustigatione in perpetuum relegatus est, contra Urphedam revertitur. *arg. h. Const. quæ generalis est, & Ord. Crim. art. 108.* Præterea hoc casu non respiciendum est ad poenam, sed solum ad perjurium, quod amputationem digitorum meretur. *Dis. Berlich. p. 5. concl. 72. n. 33.* cui respondet *Carpz. d. qv. 47. n. 26. seqq.*

§. 12. Dictum fuit supra *regulariter*, quia quibusdam casibus poena amputationis digitorum non obtinet, sed remittitur, quos recenset *Carpz. d. l. n. 32. 35. 40. & 46.* Sc. 1.) si reus absq; præcedente sententiâ Ictorum, ohne eingeholtes Urthel und Recht / relegatus Urphedam præstiterit, & reversus fuerit. 2.) Si perjuro digiti jam antea abscissi sint, & primâ vice revertatur, qui simpliciter denuò relegatur, sub comminatione fustigationis, si revertatur. 3.) Si relegatus nondum Provinciam excesserit, & 4.) si remittatur hæc poena ex justis causis, v. g. si non dolosè quis redierit, sed justam causam prætendat, quæ à dolo excusat. *Carpz. d. l. Moller. l. 2. semestr. 38.* quæ tamen non præsumitur, sed probari debet.

§. 13. *Ab.*

§. 13. *Altero casu* rediens s. secundâ vice, punitur fustigatione cum perpetuâ relegatione, per d. Const. 48. §. Wenn aber. *in verb.* Wenn aber der Verwiesene zum andern mahl wieder käme / soll ihme nochmahls ewige Verweisung mit Staupenschlägen zuerkannt werden. *Ratio* videtur esse hæc: quòd propter iterationem delicti poena augeari debeat, l. 28. §. 3. & 10. d. pæn. l. 3. C. de Episc. aud. & l. 8. C. ad L. Jul. de vi. & contumacia poenam cumulet & augeat, l. 4. de pæn. Farin. in Pr. Crim. L. 1. t. 3. q. 22. n. 12. simulq; adjicitur comminatio ultimi supplicii sive poenæ gladii, si tertiâ vice redeat, sive ad tempus, sive ad perpetuum relegatus fuerit antea, prout videre licet ex seq. præjudicio, quod habet Carpz. d. q. 47. n. 58. So wird N. wegen seines zum andern mahl begangenen Meineydes öffentlich billig zur Staupen geschlagen / und nach ausgestandener Leibesstraffe des Landes ewig verwiesen / mit dieser ausdrücklichen Commination und Verwarnung / daß wenn er künfftig zum dritten mahl in J. Churf. Durchl. zu Sachsen / unsers gnädigsten Herrn Lande kommen wird / er wegen solcher seiner vorsätzliche Contumacien / auch des reiterirten Meineydes mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode soll gestrafft un̄ hingerichtet werden. B. R. W.

§. 14. Denique *tertio & ultimo casu* redeunti nimirum tertia vice, imponitur ultimum supplicium, seu poena gladii. per d. Const. 48 §. würde er aber zum drittenmahl in das Land kommen / so soll er seiner widersetzlichen Contumacien, auch des remittirten Meineydes halben / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden. Cum quo convenit Jus Sax. Provinc. s. das Land R. l. 3. art. 9. Nam qui tertiâ vice deliquit, ex consuetudine deliquisse existimatur. l. 3. C. de Episc. aud. adeò ut omninò talis multò gravius puniri debeat, quàm ille, qui semel tantùm aut bis deliquit, atq; in hoc ult. casu ita *tenor sententia* formatur: Da nun der Gefangene uff seinem gethanem Bekänntniß vor öffentlichen gehegten Peinlichen Halsgerichte freywillig verharren / oder daß sonst / wie recht / überwiesen würde / so möchte er wegen seiner widersetzlichen Contumacien und zum dritten mahl reiterirten Meineyds mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden. B. R. W. Add. Carpzov. d. p. 1. q. 47. n. 62. & 63. Et hæc pro ingenii tenuitate ad materiam Urphedæ utilissimam & frequentissimam hæctenus collegi, atq; nunc in his chartis proponere volui, potui. Hinc feliciter finiens,

Elogium Christo Vindico Vivifico!

NB. cap. I. th. 3. §. 2. lin. 3. post Sax. 48. inseratur Ewige Urphed.

im
tenn
och
den.
geri
l. de
Pr.
blici
etu-
vod
maf
und
/mit
in er
sers
seks
oerdt
W.
ertia
48
r sei
ydes
den.
Nam
C. de
mil-
sen-
vor
onst/
maci-
zum
63.
fre-

D.



4



ULB Halle
003 004 007


3




Sb.

VDM







153 185.
XCIV.
4683/a
1/1

EXCELSO CHRISTO GVBERNATORE
&
Illustris Jctorum Ordinis
indultu,
URPHEDAM

vulgò
Beschworne Urphede/
P R Æ S I D E
DN.
CHRISTIAN-Gottfried Bergern/
Mersb. J. Utr. D.

Publico Eruditorum Examine
subjicit

AUTOR-RESPONDENS

ERNESTUS CHRISTOPHORUS Wigleb/
Jebusæo-Thuringus,
D. XIV. Aprilis A. O. R. M. DC. LXXXVII.
In Auditorio Jctorum Petrino.

LIPSIÆ,
TYPIS CHRISTIANI GÖZL.